

ZENO Citiaus negotiator purpuram vehens, naufragium A fecit juxta Piracum, atque hac occasione sese contulit ad philo- sophiam. Itaque solitus est dicere: Tum bene navigavi, cum naufragium feci. Alii narant, eum, cum Athenis esset, audisset quae merces periret naufragio, dixisse: Bene facis, fortuna, quae me ad philosophiam (alii ad pallium) appellis. Laertius lib. 7. c. 1.

Corobius purpurarius Cretenfis, qui Therae iter ostendit navigandi in Africam. Herod. l. 4.

Vestium, Pannorum.

Hac Sutores, & Sartores refertur possunt, & quibus alii Vestiarum opifices, quatenus avaritiam sunt, hoc est, merces suas aliis vendunt.

Vergiliarum occasu Romae insitiores olim de hyeme augu- rabantur. Nubilo occasu, quia pluviosa denuncietur hyems, augebant lacernarum pretia; nec non reliquarum ve- stium pretia accendebant, quoniam aspera esset hyems futura. Plin. l. 18. c. 25.

CRASSUS mercator pannorum à Rotomagensibus in re- gem creatur. Vide Tit. Seditionum. Libros, Bibliopola.

HEMOPORUS quidam Platonis auditor commentarios ab il- lo conscriptos in Siciliam deportare conluevit, atque inibi ven- ditare. Unde Siculi, ut sunt dicaces, rem in proverbium ven- terunt dicentes: Hemodorum pro mercibus importare verba. Ceterum sophistae, & Philosophi lucubraciones suas λόγος ap- pellant. Allusit haud dubie huc, M. Tull. Cicero, Epist. ad Atticum 13. Dic mihi, placet ne ibi primum edere inusu- meos? Hoc ne Hemodorus quidem faciebat is, qui Platonis libros solitus est divulgare, ex quo λόγος Επιστολῶν ἡμετέρας. Hinc & λόγος dicitur, qui praeter verba nihil adfert. Erasmus.

TRYPHON librarius, & bibliopola apud Martialis in Epigram- matibus.

Non habeo, sed habet Bibliopola Trypho. NARSES Eunuchus [qui postea à Justiniano Imperatore in Italiam missus fuit contra Græcos, & Totilam primò, mox Thejam eorum reges devicit, & occidit] bibliopola fuit. Mox ab Imperatore in cubiculum suum adscitus, & ordine patricio cohonestatus, occasionem virtutes suas declarandi habuit. Platina in vita Polagii.

Chartas, qui chartis, quae in urbem ex provinciis comportabantur, vendendis praerant.

Glycera Sicyonia à Paula picture adamata, coronas ven- dendo suam sustentavit paupertatem, ερωματισ δὲ dicta. Cum ea certavit Paulus, ut quantum illa floribus, tantum ipse co- loribus variaret. Plin. l. 13. c. 11.

Unguenta. Myrrha, also. Scribit Heraclides Ponticus in l. de Voluptate, Diniam un- gentorum venditorem in amore ob deliciis incidisse, multoque nummos absumpsisse. Qui voluptatibus fuit absolu- tus, sibi pudenda perturbatus amputavit: quarum rerum omnium causa exiterunt immoderate deliciae. Athenaeus l. 21. cap. 29.

Pecuniam. Trapezita. De his supra inter Materiales Operas, circa Pecuniam versantes, Negotiando.

Animalia bruta quævis. Bovus & βόων: ille dicitur, qui boves ad publica sacrificia coemere, cuius illustre munus Athenis fuit. Nam ex iis, & magistratus summi creabantur, & imperatores ferè diligeban- tur. Suid.

Lysicles ovium mercator, obscuro genere natus, prin- cipem inter Athenienses locum consecutus est, quia cum Aspatia post mortem Periclis rem habuerat. Plut. in Pe- ricle.

Mancipia. Venalitia, qui servos venales habent.

Mangones propriè dicuntur, qui in forma humana po- lenda versantur. At quia id quæstus causa faciunt, ut man- cipia carius vendant, hujus erunt loci. Panionius Chius mango. Vide Tit. Eunuchorum. Turonius Flaccus mango, cujus pueris symphonicis de- lectatur Augustus. Vide Tit. Avaritia veprebensores. De eo Macrobius: Delectatus erat Augustus inter cenam

symphonicis Thoranii mangonis, atque eos frumento donâ- verat.

Carpophorus mango temporibus Domitiani. Turci Mercatores in oppidis habent, qui privilegiis à rege muniti, captivos quoscunque emunt, vendunt, impignorant, redimunt, juxta regalia ipsorum decreta, sine cuiuscunque obstaculo. Bellum quoque ex causa adent, ut homines mer- centur, ac publice in foro vendant ut pecora, ingeniosissimi ad noscendum, qui viribus valeant, cui labori adaptandi. Tum palam sine pudore homines nudi utriusque sexus proli- tuuntur, currunt, ambulat, saltant, ut hinc atas, virtus, ro- bur discernatur. Si qui inobedientes, aut veterandi pudenda tractari recularint, colaphizantur & flagellis caduntur. Hic filius venditur matre vidente, hic mater abducitur in confu- sionem filii, hic marito erubescens uxor, ut scortum cludi- tur, alique viro traditur. Hic uxor maritum videt atatro alli- gari. Hic parvuli è sinu matris rapiuntur (abducuntur enim non proinde modo atatis homines, sed parvulos & lactentes infantulos.) Denique nec dignitas, nec sexus, nec ætatis, vel minima habetur ratio. Miles paganus, sacerdos, plebeus, nobilis, ignobilis pari libra aestimantur. Servi empti mancipan- tur terribili servituti, tanquam perpetuis carceribus: ubi nulla spes amplius libertatis, sed labores intolerabiles cum ma- ximis opprobriis. Avidissimè enim omnes servos, & ancillas possident, quia credunt egestatem se nullam vituros, sifer- vos habeant. Cum servi multiplicantur, eos cum ancillis jungunt connubio. Villas totas exadificat, & agros iis col- lunt, ac inde ditantur. Cypsin.

Meretricis. Huc Lenones & Lenæ, quævis causa turpissimam mer- caturam exercentes.

Latissimè patet hic titulus. Opera præstari potest Theor- ca Mechanica, Practica: Animæ, Corporis, Fortunarum, ut famulatus, dignitatis. Et quidem hoc loco solam commu- tationem Operæ spectamus.

ΘΗΤΕ dicuntur Græcis, potissimum Atheniensibus, qui mercede alteri intervniunt, inferioris conditionis quam servorum, ut pote qui servilia obeunt munia, inquit Am- monius.

EFFICIENTIS RESPECTU. QUI, QUALES.

Mercatores dicebantur, qui cum Romæ domicilium haberent, interdum tamen exportandarum, vel importandarum mercium causa in provincias ad aliquod tempus excurrerant. Sabinus autem in lib. 4. D. de penu leg. tempus ut longissimum desinit esse non plus annum. Negotiatores vero cives quidem erant Romani, sed provincius sedem forthnarum suarum constituan- t, sic, ut raro in urbem, nec ferè nisi consensu causa redi- rent, quales erant aratores, pecuarii, argentarii, &c. Ho- toman. de Verbis juris. Consule Tit. Nautarum, quatenus nau- tarum commoditas in mercatura faciendâ eximia est, ad eò à Hesiodus ναυτῶν λέω vocet ipsam Mercaturam.

POPULI. Infitores primi Lydi fuerit, qui à mercatoribus emebant merces, quas deinde minutim venderent. Herod. l. 1. Arabia populorum innumerorum pars æqua in commercijs, aut latrocinijs degit. Plin. l. 6. c. 28.

Apud Ægyptios mulieres cauponantur, & infitoria obeunt H munia: viri vero domi lanam tractant. Herod. l. 2. Tartessus, ultra Hercules columnas, emporium, ex quo revertentes Samii mercatores, quæstum maximum fecerunt, omnes quos novimus Græcos post Socratem Laodamantis, cum quo nemo potest contendere. Ex eo quæstus Samii deci- ma sextalentorum fecerunt ahenum inlar crateris Argolici, & grypinis capitibus in circuitu alrinfecus obversis & in templo Junonis collocarunt, sustentibus illud tribus col- lossis, id est, humanis simulacris, septem cubitorum, genu- nixis. Herod. l. 4.

Venetis patrii moris est, ut pars multò maximam civiù, ter- tia ferè diei hora unum in locum coeat, velut ad emporium negotiorum causa. Rivo alto est nomen loco: ubi sine fremi- tu, sine altercatione ulla (tanquam nutu, non verbo inter se pacificantur) cuncta orbis verius, quam urbis negotia incredi- bili silentio transiguntur. Tanta est & uni civitati in rebus agendis gravitas, & modestia: umbras dicas & status esse non homines, frequentem illum hominum conventum: tametsi

proxi-

proximus spectes: ut verè, scireque stitillud in ore multorum, A Negotiationem nulla re minus egere quam verbis. Sab. l. 6. c. 1.

Nullum est emporium interni maris, quòd à Gaditano freto inter Africam, & Europam in Syriam, & Ægyptum ad ortum excurrit, ad septentrionem vero & Boream ad Bosphorum, & Maezidem paludem nullum tam ignoti litoris recessus, quem Venetæ tirrenes ex antiquo civitatis instituto non negotio- rum causa frequentent. Supra fidem esse enarrare, quæ vis navium, non Italiae solum, sed Libyæ quoque, Dalmatiz, Macedonia, ac totius Græciæ litore velut suburbana quædam loca assidue scrutentur. Sunt quæ statim temporibus ad merces ex remotissimis locis petendas publice instruntur. Ex his quatuor longæ naves, ex Syria, atque ex Ægypto totidem, aromata, feticum, gemmas, uniones in Italiam deferunt. Ex Libya tres, aurum, gemmas & mancipia. Dux ex interna Gallici maris ora preciosissimum vellus, & Hispanum Sericu- um, omnium longè nobilissimum. Quatuor à Tanai & Meo- tide palude, balsamata, tapetas, & smaragdos: ac præter eum nautarum, quatuor ex Gallici Oceani, emporijs, lanas, aurum, aulea, & Flandrensis panni vim omnino ingentem. Sab. l. 3. Dec. 4.

Anno 1258. cum in Anglia frumentum propter siccitatem angustius provenisset, ita fame laboratum est, ut homines car- ne, & lacte ut plurimum vitantes, etiam edent variâ her- barum, radicumque genera, quæ in usum necessitas verterat, donec mercatores viciniores, præsertim Germani, populum Anglicum in tanta caritate anong magno frumenti numero suppeditato levaverint. Hi enim septentrionalis Germaniæ populi, & Oceani accolæ, cum omni tempore parati essent ad juvandum suis opibus regnum Angliæ, rogantur Henricum III. regem, ut sibi privilegia a superioribus regibus olim concessa confirmaret, ac eadem de integro ingrogaret, quò possent tutius, commodiusque apud suos Anglos mercaturam facere. Rex recenti orum beneficio affectus, & memor patrem Joannem regem usum esse opera, & auxilio eorum etiam in bello, quod fuis ducibus pro Ferdinando Flandriæ comite cum Philippo rege Francorum prosperè gessisset, illos immunitati- bus, atque privilegijs liberaliter donavit, qui remissit non uti- que parum de vestigialibus, ac portoris impostis rebus, quæ per ipsos venient in Angliam, ut scilicet minus quam ceteri mercatores solverent, quo principis beneficio etiam nunc memoria nostra utuntur fruuntur. Sed fere licet, istos indu- strios negotiatores ultro, citroque commentes, & varias mer- ces undique importantes, reportantesque à principio societatem fœderatam inter se coisse, quæ quidem societas Anze Teuto- nica eorum lingua nuncupatur: namque Anze vox significat Juxta & non procul à mari, quæ idcirco valde apta, & apposi- ta est gentibus maritimis. Ii deinde emporia aliquot, in qui- bus suos mercatus haberent, sibi constituerunt, & cum primis quatuor, unum Brugis, quæ civitas est Flandriæ, alterum Lon- dini, ad Thamefis fluminis ripam septentrionalè, quod vul- gò Scillard vocatur, tertium Novogardiæ in Sarmatia, ac quar- tum in Norvegia. Poljd. l. 16.

* Habet & Antuerpia forum, five Perythilium Mercatorum, gemina turri, & Horologii insigne, celebrandis negotiatio- num commercijs, & conventibus adeò opportunum, ut alibi par non invenias. Siguid em porticibus circumquaque clau- sum, quatuor spatiosos introitus habet, quo fit, ut brevissi- mo tempore innumerabiles mercatores eò confluant, & inde dissiuant. Habet & tabernas supra ipsas porticus, olim dum D res Belgicæ florent, omnis generis mercibus referatas. Vo- cant hunc locum incolæ Bursam, e jusque fundamenta iacta fuerunt anno Domini M. D. XXXI. Nominis hujus ratio desum- pta est à Brugenibus, apud quos olim platea, five forum fuisse traditur, quod commercijs serviebat, in cuius angulo do- mus erat antiqua, præsertim insignia trium burfarum, five marsupiorum, à qua locus ipse postea nomen accepit. Et quia mercatores Bruges illud delegerant ad suos contractus peragendos, factum est, ut Antuerpienses etiam illud nomen suo peristilio indiderint, eosque secuti Tolosates. Quin & Angli nuper ad exemplar Antuerpiensium burfam Londini ædi- ficarunt, quomodo & Hollandi, Amsterdorum. Lusc in Bursam Antuerpiensem quidam:

Mandi anima ut verum moderatur Nummus habenas, Terosque, & tradis conciliat marium, Discas bospes, toto quamvis divisus ab orbe, Hic tibi si nummus, non peregrinus eris.

Anza Teutonica, societas urbium Germanici Oceani. De qua sic Gasparus Vopelius in Rhenana Tabula: Anze ultra omnem hominum memoriam nihil aliud fuit, quam hunc L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.

sta societas plurium civitatum, quin etiam pagorum, olim cum propter multifaria, accepta, relataque beneficia, tum ut mutuus, ac securus terra marique constaret mercaturæ inter- cursus, non solum à multis Angliæ regibus, sed & Gallia, Dania, Suetia, Polonia, ac magna Moscoviz, necon & Flan- dia, & Brabantia ducibus, multis privilegijs dotata, quæ communio à Germanis Anze vocatur. Habet autem quatuor emporia. Unum Brugis, Flandriæ, alterum Londini in Anglia ad Thamefis fluminis ripam sinistram, quòd vulgò Scillard vocatur, habens domum Gildehallam Teutonicoorum nun- cupatam. Tertium in Novogardia Russiæ urbe potentissima, Quartum Berga in Norvegia. Anno verò 1560. magnificam domum negotiationi destinantur in Civitate Antuerpiensi, ut nefcias an alibi terrarum simili splendore aliam videas. Qui- dam emendicatio à Latinis vocabulo Anzas quasi Anfas dici volunt, quod his ceu anlis, & annulis quibusdam concatenata sit mercatorum societas. Sed ineptiunt homines præ nimio cruditionis studio mirifice, qui Germanorum linguam tam inopem esse credunt, ut societati huic nomen imponere non poterit, nisi à Latinis precaria sumpsisset. Ut See, ad mare, sonat, quasi fœdus maritimarum urbium.

PRINCIPES, REGES.

Pertinax Augustus, non aliter quam privatus, ac fordidus civis, mercaturas exerceat. Spartian. & Herod. Theophilus Imp. Constantinopolitani uxore mercaturæ dedi- ta. Vide Titulum, Mercimoniis comparandæ pecuniæ ra- tionem fugere.

Redolphus Boemix rex Alberti Cæsaris F. negotiationem in argentifodinis Cuthnenibus exercebat, vinum, sal, hor- deum, triticum, ad panes & cerevisiam coquendam ex Austria de horreis suis convehendo, præciaque rebus promeritalibus ex arbitrio suo constituendo, atque in eo genere mercatura monopolium sibi vindicando. Is se necessitate compulsum, huc descendisse dicebat, ut hoc modo summam ararii ino- piam sublevaret, & debita per utrunque Venceslaum reges contracta dissolveret. Adeoque duo millia aureorum in illis ip- sis montibus hebdomatim æt alieno diffluendo in tribus ip- sibus Dabravijs lib. 19.

Laurentius Medices Petri F. Resp. Florentinæ princeps, mercaturam, quamdiu per publica negotia licuit (quòd ex eo tanquam capite & robur, & nervi omnes in Remp. diduce- rentur, & magno præterea præsidio esset ad domesticam po- tentiam tuendam) necessariò exerceat. At supremo viæ tem- pore eandem improbare visus est: magno æt alieno dissolu- to, quod ipse culpa suorum contractum, illi efflicis ejus lar- gitionibus causabantur, quas domesticæ opes minime animo pares non ferrent. Ad agros colendos ita animum converterit, ut superius institutum planè tamen negligi à privatis noluerit. Præter cæteras artes, lanæ & ferici texturas auxit, & provexit. Brutus l. 8. bis. Flor.

Neapolitanorum reges quidam, crepta suis mercaturæ fa- cultate provinciales ad inopiam redegerunt. Pont. cap. 46. de Liberalitate.

QUIBUS ALII.

Negotiator Deliacus Archelaus colloqui conciliator fuit inter Syllam, & Archelam Michridatis duem, atque adeò pacis. Plut. in Sylla.

Halyattes mercator Lydus. Vide Tit. Avari sub- diti.

Heroftratus Naucratis, qui mercaturam exercebat, re- gioneque multas navigando viderat, aliquando in Paphum etiam applicuit Cypri, & Veneris simulacrum palmi magni- tudine coemite arte antiquissima factum, quòd ferens Naucra- tem contendeat. Illi postea juxta Ægyptum naviganti, cum hyems repente incidisset, neque ubi locorum essent, posset cognoscere, omnes ad Veneris ipsius simulacrum contulerunt, atque orarunt, ut eos servaret. Tum verò dea omnia, quæ illi erant apposita, lanæ & ferici texturas auxit, & provexit. Vissimo odore replevit, cum jam ob nauseam navigantes de- corum salute profusus desperarent. Cùm permultum vomuis- sent, solique enituisset, montibus conspectis Naucratem per- venerunt. Tum Heroftratus exiens è navi cum simulacro, si- mulque virides myrtos habens, qui sibi repente apparuerant, deposuit in Veneris templo, sacrificiaque instituit, eaque Veneri dicavit: ac singulis coronam ex myrto donavit, quam eo tempore vocavit Naucraticam. Athen. l. 15. c. 6.

X 3

THEM-

THEMISON mercator. Vide Tit. Persidi parentes erga liberos, sub exemplo Esarcbi.

PROTARCHUS mercator Aegyptius, cujus filius Zebenna regnum invasit. Vide Tit. Generis nobilitatem est ut comparare.

DEMARATUS mercator Corinthius, exul, Roman venit, cujus postea filius Tarquinius Priscus regnum adeptus est. Val. lib. 3. c. 4.

M. Octavius Herennius prima adolescentia tibicen, postquam arti suae diffusus est, instituit mercaturam: & bene re gesta decimam Herculi profanavit. Postea cum navigans hoc idem ageret, a pradonibus circumventus, fortissime pugnavit, & victor recessit. Hunc in somniis Hercules docuit sua opera servatum. Cui Octavius impetrato a magistratibus loco, ad eum sacravit, & signum: Victoremque incitis literis appellavit. Macrobi. 1. 3. c. 6. Saturnalium.

SABINUS Rom. mercator, in Helvetiorum metropoli Aventico mercaturam exercuit, teste Suetonio. Itaque veri simile est, Vespasianum Impet. ejus filium Aventici natum esse. Stumpfius.

Cl. Claudiani Alexandrini poetae clarissimi patrem mercatorem fuisse, scribit. Franch. Petrarcb.

MAHOMETUS Saracenorum propheta, puer etiamnum captus a Saracenis, qui insignes habentur inter Arabes latrocinis, Abdenopoli mercatori Ismaelici generis viro claro, & pecunioso venditus est: sic ut Abdenoplis filius passim dicebatur. Ab eo mercimoniis praefectus, camelos agebat per Aegyptum, Syriam, & Palaestinam. Cusp. P. Diaconus 1. 17. ex Vincentio 1. 12. in Zonara.

Petrus Bernardinus mercator, qui ad Francos ob merces saepe penetravit, Francisci Affianis pater fuit. Volat. 1. 21. Antbopis.

D. Franciscus, Franciscanae familiae pater, mercator primus fuit. Vigesimo demum aetatis anno morbo correptus, & sanitati restitutus, religionem professus est. Marul. 1. 5. c. 4.

Franciscus Arnelinus Perusinus mercator, fit Cardinalis. Vide Tit. Avari mercatores.

Paulus II. Venetus, Eugenii IV. ex sorore nepos: iturus peregrere mercaturae causa, cum audisset avunculam creatum pontificem, literis animum adjecit: & Romam profectus, primum Archidiaconus Bononiens. inde Episcopus Cerviae, postea Cardinalis sancti Marci, tandem Pontifex creatus est. Crantz. 1. 12. Metrop. c. 1.

FINIS RESPECTU MERCATURAM EXERCERE CAUSA.

QUÆSTUS, LUCRI.

Solon Executidus F. cum facultates suas pater ejus munificentia, ut ait Hermippus, & largitionibus attrivisset: nec deessent, qui vellent suppeditare ei necessaria: erubesceret autem accipere ab aliis, quod ex ea esset natus domo, quæ fucurrere consuevisset aliis: consulit se etiamnum adolescentem ad mercaturam: Quamvis alii dicant multarum rerum usus, & cognitionis potius gratia Solonem, quam quæstus, vagatum per orbem fuisse. Plut. in Solone.

Mercatoribus erant ad Germanos, Hermionis regis tempore, aditus, magis eò, ut quæ bello ceperant, quibus venderent, haberent, quam quo ullam rem ad se importari desiderarent. Vinum ad se omnino importari non sinebant: quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines, atque effemini nati arbitrabantur. Avenit. 1. 1. Annal. Bojorum.

PRUDENTIÆ, AMICITIÆ.

Mercatura Solonis tempore etiam in dignatione erat, quæ commoda ex regionibus barbaris ascereret, amicitias cum regibus conciliaret, & multarum rerum conferret peritiam. Plut. in Solone. Sed & maximarum civitatum initia inde ducta, velut Massiliam condidit Protus, ab Ælia prope Rhodanum benevole exceptus. Cæli. 1. 16. c. 8. Antiq. Led. Lusitanorum certè navigationibus Africae oram Cosmographi, Hispanorum verò Atlantidem cognoverunt non multo ante nostram aetatem.

ACCIDENTIUM RESPECTU. Sic Mercaturæ accidit AVARITIA.

Negotiatorum genus nihil habet sacrum, præter unum pecuniae lucrum, cui se totos cum deo consecraverunt. Hoc pietatem, hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famam, hoc divinam pariter, & humana omnia metiuntur. Reliqua nugæ. Erasim. in Adag.

LUXUS.

Cicero in 3. de Republica de Phœnicibus queritur, quod primi mercaturis, & mercibus suis avaritiam, & magnificentiam, & inextinguibiles cupiditates omnium rerum, exportaverint in Græciam.

Compatres.

Vide Tit. de Amicitia. Item Tit. de Cognatione, S. Cognatio Spiritualis.

* Complexio.

Verbum Medicis usitatum.

Complexiones quatuor, Sanguinea, Cholericæ, Phlegmatica, Melancholica. Quarum proprietates, & inclinationes naturales hi versus expriment.

Vena tumet, rubet, & ridet, lascivit & audit, Et placet ebrietas, & male sanus Amor. Et luxur luxurque malo conjuncta voluptas, Cui nimis pleno corpore sanguis inest.

Phlegmatico vero adscribitur, quod illi Nil sapit, os bumet, fastidit, somniat undas, Arguitur lentæ criminis pigritia.

Signaque obliquat malè mundus pectora corpori, Humida cui nimio Phlegmate membra madent.

Tinnit ab aure, sicut, furit, ardet, somniat ignem, Insanas cædes, armaque mixta metu.

Atque truces inimicitias, feralia bella, Cui nimis Cholera corpora sanguis agit.

Anxius, & niger est, timet omnia tristitia, dormit, Et violentus atro manat ab ore furor.

Insomnesque agit violento examine curas, Mole sua Bilis quem nimis Atria premit.

EARUM PERMIXTIO, ET ORTUS.

Galen. 1. 2. de natur. facult. c. 9. & 1. 4. de usu part. c. 3. alique recentiores Medici declarant permissionem, & ortum quatuor humorum principalium exemplo vini recens expressi, & in dolia effusi, quod adhuc concoquitur, & effervescit. Quippe in eo quatuor substantiæ apparent inter se distinctæ. Vini flos, qui levis est, supernat, sæx gravis deprimitur: Crudus quidam humor, & aquosus unâ cum vino circumfertur: Flori pondet bilis flava, quæ in sanguinis superficie ebullit, auro colore. Fæci humor Melancholicus, qui terrea gravitate deorsum vergit. Cruda, & aquosa portio pituita, quæ sanguis inchoatus, & colore sanguini infuso in sanguinem potest commutari. Denique vino respondet perfectus sanguis. Procreantur autem omnes isti humores in communis illa nutritionis officina, quamvis non omnes idonei sunt ad alendum corpus. De quo consulantur Auctores supra memorati.

COMPLEXUS MUTUUS.

Medea disputans secum, an debeat interficere liberos, eos ultimo complexu inquit apud Eurip. in Medea:

ὁ γυναικῆ προσβόλῃ, ὁ καρδεδὸν χῆρος, πνευμῶν ὄδισον στένον.

O dulcis applicatio!

O tenerum corpus, anhelituque suavissimum laborum!

M. Minutius equitum magister, a Q. Fab. Maximo dictatore ab imminente periculo liberatus, cum amplexus, & osculatus est. Idem erat cernere per totum exercitum: nam complexu sese mutuo, & osculo exceperunt. Plut. in Fabio.

M. Cato Censorius, Stoica vir disciplina, nunquam se, nisi tonante Jove, a Marita uxore complexum dicere solbat. Plut. in ejus vita.

M. Cato Uticæ moriturus amplexu arctissimo suis omnibus valedixit, post pugioni incubuit.

Roma

Roma secundum à Totila Gothorum rege capta, Paulus Aequitum praefectus ex Sicilia cum quadringentis Equitibus pontem, & molem Adriani infedit. Eius verbis incensè equites, complexi invicem, & osculati, certissimo morienti proposito in proximam Gothorum stationem irruere volebant, factaque peragna hostium ege, pugnando interire. Totilas caduatore ad eos missio optionem permisit, an receptis armis, & equis militare vellent Totila. Statim omnes militare regi elegerunt, præter Paulum præfectum, & Iliurum quendam, qui quod uxores haberent, & liberos, ire Constantinopolim maluerunt: quos rex viatico & cæteris rebus adjuvos abire permisit. Crantz. 1. 4. Svecia, c. 18.

Vide de singulis Complexionibus locos proprios.

Compunctio.

Vide CONTRITIO.

* Conatus.

DEFINITIO, & ETIMOLOGIA.

Conatus dicitur, incumbens in alio studium vel animi vel corporis impetu. Lib. 1. in fin. ff. Quod quisque jur. Jac. Spiag. Lexico jur. lit. C, Græcis est. πῦρα. Latini etiam conamen dicunt.

Conati, hoc est, niti, & dare operam, ut aliquid fiat, levius est, quam facere, Donato Auctore. Est tamen, ubi conatus initar facti habetur, & puniunt: de qua re edidit tractatum eruditum Felinus.

Conatus rerum magnarum irriti. In bello.

Consule illum Titulum.

In honoribus contestandis.

Quære Ambitio. Honor.

In adificiis, aut architecturis.

Apud L. Annæum Seneecam inducitur in Tragedia Hypopoliti persona inter alias quærimoniae hanc etiam dicens:

Regnoque fulsi, plura quam fas est, petunt. Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.

Eleganter etiam Juvenalis Satyra 10.

Quid enim ratione timemus, Aut cupimus? quid tam dextro pede concipit, ut te Conatus non peniteat, votique peracti?

Siquidem non raro olim, ut recentioribus temporibus, Cæsares, atque Reges, inquit in suis horis subscrisit Philippus Camerarius p. 1. c. 81. nimia sua potentia freti, magnas, & insolitas res aggressi sunt eo consilio, ut potentia suæ monumentum posteris, hostibus terrorem, utilitatem communitati seu Republicæ relinquerent.

Priora duo in C. Caligulae pomposo conatu, qui nihil tam efficere concupiscebatur, quam quod posse effici negaretur, videre licet. Bajaram namque medium intervallum, teste C. Suetonio, & Puteolanæ moles trium millium, & sexcentorum ferè passuum ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, superjectoque aggere terreno, ac directo in Appia viae formam. Scio inquit Suetonius; proferoque existimasse talem à Cajo pontem expogitatum emulatione Xerxis, qui sine admiratione aliquanto angustiorum Hellepontem contabulaverat: Alios, ut Germaniam, & Britanniam, quibus imminabat, causa ibidem, quæ ab eo, licet alii aliter sentiant, verior habetur. De hoc ponte extant adhuc aliquot formice ex lapide quadrato constructi. Sicut exterius monstratur, & vulgari opinio est, quod prope Puteolos vidi magna cum admiratione latissimi tractus, quem ponte iste integer olim admixtis onerariis occupavit, ab uno latere ad aliud, usque ad Bajanam arcem, quæ ultioris litore, edita in rupe cum praesidio Hispanico conspicitur.

Sic Claudius ejus successore, teste eodem Suetonio, Fucini lacus emissarium aggressus est, non minus compendii spe quam gloriæ, cum quidam privato sumptu emissarios re reprimissent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum millia partim effosso monte, partim excavo, canalè abfoluit agrè, & post undecim annos, quamvis continuis xxx. millibus hominum sine intermissione operantibus.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II

Extant & alia monumenta Romanæ potentie in Viis publicis pulcherrimo lapide vivo contratis, ex quibus meo iudicio integrior adhuc, reliquis vetustate propemodum collapsis, est via Appia, quæ Brundisium usque (licet incuria incuriarum, & bellorum truculentia, ea quoque multis in locis ruinosa sit, mare quoque partem ejus diffecerit) excurrit, nec non loca subterranea, & aquæ ductus testes sunt hujus rei locupletissimi.

Habuerunt autem Romani non solum opes maximas, ad tam sumptuosas structuras, siquidem tradunt auctores, Aegypti fructus annuos fuisse Ptolemæo Aulete regnante, duodecim millia quingenta talenta, hanc summam nostri temporis viri docti redigunt ad septuagies, & quinque centena coronatorum aureorum millia, cum vero in populi Romani ditionem venisset, multo putant fuisse fructuosiorè, propter Indiæ, & Aethiopiæ commercia, & ut de cæteris redditibus taceam, solummodo argenti fodinæ Hispania prope Carthaginem novam, teste Budeo de asse, singulis annis noningenta duodena millia, & quingenos aureos suppeditarunt: Sed etiam mancipiorum multitudinè abundarunt, quæ veluti bruta tenuissimo victu, laboribus adscripterunt perpetuis, non secus ac Turcæ hodie suis mancipiis faciunt.

Cæterum quemadmodum fatendum est, Romanos perpetuo labore, & sudore mancipiorum, quorum infinitus numerus, ut dixi, apud illos inlar brutorum fuit, ejusmodi stupenda opera minori difficultate, & exiguis sumptibus, longèque alio modo, quam quo apud nos fieri necesse est (licet Claudius Imperator, in aquæ ductus quos suis impensis in urbem perducendos curavit, etrogari talentum sexaginta millia, cujus summæ calculum idem Budeus ponit auri millionem, trecenta insuper, & octoginta quinque millia coronatorum, & quinquaginta coronatos) & instituere & abfolvere potuisse: ita saepe, cum veluti naturæ vim inferre voluerunt; operam & oleum, ut est in proverbio, perdididerunt.

Hoc sane evenit, teste Cornel. Tacito lib. 15. Annal. Severo, & Celere magistris, & machinatoribus, quibus ingenium, & audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare, & viribus principis Neronis illudere. Namque à lacu Averno navigabilem fossam, usque ad ostia Tiberina de profusis promiserant, squallenti litore, aut per montes adversos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit quam Pompinæ paludes: cætera abrupta, aut arenia; ac si perumpiosent, intolerandus labor, nec efficitur causa. Nero tamen, ut erat incredibilium capitor, facidior proximo Averno juga connixus est: manentque velligia irrite spei. Hujus fossæ captæ ab Averno Ostiam usque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per clx. millia latitudinis, qua contrariæ quinquere mes commearent, meminit quoque Suetonius. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique esset custodiam in Italia deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari præceperat. His autem non contentus, etiam in Achaja Isthmum perfodere aggressus, (ut idem auctor tradit) prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est, tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humeris extulit. Verum illi accidit sicut aliis compluribus, qui saepius ante eum idipsum repugnante natura, inaususto exitu conati sunt facere, eorumque semper irriti labores fuerunt. Inter quos fuit Demetrius Rex, C. Cæsar Dictator, Cajo princeps, Caligula, Domitius, & alii, quorum mentionem post Plinium facit Lavinus Torrentius, Commentar. sup. Suetonium, lib. 4. c. 4.

Hujus rei quoque Sabellicus meminit, ubi etiam scribit, Venetos quindecim dierum spacio, totam Isthmi longitudinem, quæ ab Aegeo ad Jonium mare quatuor habet passuum millia quantum murorum ambitus aliquanto cum redditi ampliore, muro, & duplici fossa, munivisse. Unde proverbium, Isthmum perfodere, veluti de laboribus, & conatibus ingentibus, sed vanis, & irritis, ortum fuisse habere cepit. In hujus Isthmi faucibus sita est urbs Corinthus, & portus habuit ab ortu, Cenchræas; ab occasu, Lichæas, sinu hinc Corinthiaco, isthmo Saronico clauditur. Latitudinem ejus, quæ veluti cervicè Peloponnesus Græciæ adheret; pater quinque millia passuum, testibus, Strabone, & Diodoro. Sab. l. 1. de reb. Venetor.

Herodotus quoque memoriæ tradidit, Gnidios Isthmum, qua angustissimo spacio, nempe quinque stadiorum, spectabat continentem, perfodere molitos, ut insulam facerent (hi sunt

sunt incolæ Cariz, & coloni Lacedæmoniorum, quorum regio spectat mare (quod vocatur Triopium) cæterum istos scopulos in fodiendum oculos restitisse. Cum autem oraculam Delphicum hanc ob rem consulisset, ita respondisse Pythiam:

Ἰσθμὸν δὲ μὴ παρρηθεῖ, καὶ δ' ὀρύσσει.
Καὶς γὰρ ἢ θύει, ἢ σπύρει, ἢ σπύρει.
Νεque cingite Isthmum manibus, neque fodite.
Nam si Jovi id visum, locasset in Jalo.

Cæterum Xerxis Perfarum opus magis faustum fuit, dum Athon perfodere aggressus est; est autem Athos, teste Herodoto, mons ingens, & nobilis, ad mare pertingens, ab hac parte hominibus cultus, ad continentem delinens in speciem Cherfonefi, id est, pinnula, cum Isthmo duodecim stadiorum. Hodie incolitur à Calogeri, qui sunt Monachi Græci, & sequuntur ritus traditos à S. Basilio. Ideoque mons sanctus, vulgo vocatur. Græcis est ἄγιος ὄρος: Turcis Scidag. Vocatur autem Monachus à Græcis, Calogeros, non veluti καλός, ἴσος, id est bonus, sanctus, quod vulgo persuasum est, sed quasi Kalos geros (sic enim teste Leonclavio nostro, hodie vulgari lingua loquuntur) id est, bonus senex, B nam famis ætas huic professioni aptissima est. Sed pergamus in cepta materia. Hanc fossam, inquit Herodotus, Xerxes, ut ego conjectura colligo, justantia gratia deprimi iussit, potentia ostentanda cupidus, ac memoris relinquendæ. Nam cum liceret nullo negotio foveam per Isthmum transportare, iussit Isthmum interduci ad mare recipiendum, in fossam tantæ latitudinis, ut duæ trices pariter illuc agitari possent. Herodotus lib. 7.

Denique Nicanor Seleucus aggressus est Isthmum (qui dirimit Euxinum, & Caspium mare) perfodere, nec perfectus, à Ptolomæo Cerauno interfectus, ut Erasmus notavit, in Adagii.

Eodem modo nonnulli Reges Ægypti, immensis fossis ductis longitudinis quatuor dierum navigationis, latitudinis, ut per eam duæ possent simul agi trices, in quibus fodiendis, sub Rege Neco, centum viginti millia Ægyptiorum, teste Herodoto, perierunt; quarumque vestigia in hodiernum diem (ut mihi ii, qui illis in locis fuerunt, retulerunt) prope Sues conspiciuntur. Efficere voluerunt ut ex Nilo fluvio in Mare Rubrum, vel Arabicum sinum navigaretur. Verum eorum cepta irrita fuerunt, sicut quoque Cleopatra Regina, quæ opus arduum & ingens ibidem aggressa est. Intendat enim per Isthmum, qui rubrum mare ab Ægypto distinguit, videratque & Asiæ, & Africæ limes esse, quæ is maximè utroque mari tractatur, & strictissimum ccc. stadiorum latitudine patet, classem transferre in Arabicum sinum, cum exercitu & magna vi pecunia, ibique servitute & bello evitato habitare. Sed ab Arabibus circa Petra habitantibus impedita fuit. Plin. in vita Antonii.

Eodem modo Trajanus, teste Dione, fossam aggressus est, per quam Euphratem in Tygrim derivaret: simul etiam ut navigia ponti faciendæ devehret. Sed ubi Euphratis alveum Tygri multò excelentem esse comperit, ab incepto desistit, veritus videlicet, ne Euphrates converso in decliviorum partem fluxu, extenuaretur.

Non ab similibus conatus veteris Romanorum Ducis, imperante Nerone, qui Mosellam, atque Ararim, facta inter utrumque fluvium fossa, convertere paravit, ut copia per mare, D dein Rhodano, & Arari subiectæ per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin ad Oceanum decurrerent, sublatique itinerum difficultatibus navigabilia inter se Occidentis, Septentrionisque litora fierent. Deterruit Gracilis Belgicæ legatus, ne legiones alienæ provincie inferret, stidique Gallorum affectare diceretur; formidolosum esse Imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti. Refert Joannes Marius propter juges pluvias, quæ egestam humum in fossam rejecerant, inchoatum opus omisissum fuisse. Hæc Ricardus Dinetus ex Tacito refert. Verum si quis exactiorem hujus conatus descriptionem requirit, is reperiet eam in Belgii historia Ludovici Guicciardani.

Ne autem plane præcis, & exteris exemplis in hæcramus, audiamus quoque quid nostri Imperatores sæpenumero conati sunt. Carolus enim Magnus persuasus à quibusdam fuit hominum labore effici posse, ut à Danubio in Rhenum navigaretur, si inter Rhodensium, & Alemanum flumina Narisforum, ut Aventinus memorie tradidit, ubi uligo palustris erat, fossa duceretur, quæ navium capax foret, in quam palu-

stres aquæ subsidentes utrinque flumini committerentur. Nam Rhodensium Bamberg, inquit, Mano, hincque Rhe- E no Moguntiaci misceretur. Alemanus vero millia passuum octo à patria mea in Danubium profuit, juxta oppidum Kelthaim. Fit igitur iussu Regis à maximo Bojorum, Francorum, Suevulorum numero fossa lata trecentos pedes, longa millia passuum duo. Totum autumni tempus in pagis præclarum opus, utique absumptum est, quod à pago ad pagum Graben, inde Vveissenburgum versus tendebat. Sed invidit fortuna labori, qui invito cælo ceptus erat: prodigiis, portentisque iram suam natura rerum ostendit. Immenis acervi frumentorum, & omnis generis granorum reperti in campis, quæ si pecus gustaret, è vestigio peribat: farina inde facta sub manibus evanescerebat. Noctibus audite sunt voces mugientium & lascivientium, confusi strepitus circum superiorem fossam. Accedebant continui imbres in loco alioqui palustris, ideò quidquid terræ interduci egeratur, noctu humo relabente subsidebat. Hujus rei quoque meminit. A. moinus.

Quin etiam simile, vel majus opus inchoavit arolus IV. Imperator. (quamvis quæ ratione fieri hoc poterit, ex situ loci, & horum fluminum cursu colligere non possum) qui Vultaviam, quod flumen montis radices, in quo regia arch Pragæ sita est, alluit, & Bohemii regni Metropolitim interfecat; cum Danubio conjungere voluit, sicut videre licet apud Dabraviam. Unde non frustra ita monet, ille recens aulicus politicus, omnes aulicos consiliarios, qui magna rerum consilia suscipiunt, cogitare debere sedulo, an quod aggrediuntur, Republicæ utile; Deo gratum, generantibus gloriosum, & promptum, effectu vel certe non arduum sit.

Conceptio. Conceptus.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Conceptio, sive Conceptus est actus ipse concipiendi, quem Græci vocant συμβολή συναισθητικόν, id est, ab apprehendendo semen genitale ad efformandum factum. Nomen aut Galenus impositum à mulieribus, quæ motum quandam in utero se percipere dixerunt, ubi semen intra eam acciperent.

Causam autem conceptionis medici ponunt in corporum, & locorum temperamento; & purgatione recentis menstruum, accedente libidinis appetitu. Transfertur etiam ad animum, ut conceptus mentis dicitur, dum quis proprio Marte rem aliquam, aut illius modum apprehendit. Quamvis & axiomata in disciplinis Geometricis, communes animi conceptiones soleant appellari. Apud Grammaticos familiare est concipere verba, pro eo quod est certam verborum formulam edicere, vel dicere. Sic juramenta, & decreta certis formulis profecti consueverunt.

CONCEPTUS MULIERUM ADMIRABILIS.

QUÆ VEL VIRGINES, VEL ABSQUE VIRI CONGRESSU CONCEPERUNT.

Verum exemplum unicum.

Virginis sacrosanctæ Mariæ puerperium, Propheticum carmen, Sibyllina voces, Ethnica oracula, tam manifestè prædixerunt eventum, ut novo, & incredibili penè mysterio, ejusne humana quidem mens sit capax, nihil fit eorum, quæ sive continentur, cui libentius accedat humana pietas, Sabell. lib. 1. cap. 1.

Mendacia exempla.

Scriptum reliquit Homerus in hymno in Apollinem, Junonem agrè ferentem, quod Jupiter sine se ex capite Mineram peperisset, cœlum, ac terram precatam fuisse, omneque deos superos, & inferos, ut possent & ipsa sine maris congressu parere. Cum ergo manu humum percussisset, natus est inde Typhon,

phon, qui Dracæ educandus traditus est. Natalis Comes A. Mythol. lib. 6. c. 22.

Filia annis Sagarri amygdali fructibus gravida facta in fabulis narratur.

Fabulosum est, quod de Perfectione Platonis matre circumferunt, Apollinis compressu gravidam, cum virgo esset, peperisset. Fabulosum, inquam, hoc est, atque etiam impium, Nemo de virgine nascitur verus homo, nisi qui vi divinitatis corpus in omni animæ nutum obediens efficere potest. Cel. lib. 1. c. 1. A. L.

Ex Rachele matre adhuc virgine se natum fuisse jactabat mendaciter Simon Magnus, ut Deum se mentiretur. Clemens lib. 2. Recognit.

QUÆ ATTRACCIONE SEMINIS FORINSECUS.

Scribit Averroes, novissè de Feminam in vicinia cohabitantem, probis moribus, & fidei integræ, quæ jurejurando confirmaret, conceptis infansem semine ex balneo attracto, quod profudisset lascivienis masturbator. Cel. 1. c. 10. A. L.

QUÆ SUPERFOETARUNT.

Præter mulierem, pauca animalia coitum novere gravida. Unum quidem omnino, aut alterum superfoetatur. Extat in monumentis etiam medicorum, & quibus talia consecrari curæ fuit. Uno abortu 12. puerperia egesta. Sed ubi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, uterque perfertur: ut in Hercule Alcmææ F. & Iphiclo fratre ejus apparuit, & in ea, quæ gemino partu, alterum marito similem alterum adultero genuit: ut in Proconemida ancilla, quæ ejusdem diei coitu alterum Domino similem, alterum procuratori ejus: & in Alia, quæ unum iusto partu, quinque mensium alterum edidit: natus in Alia, quæ septem mensium edito puerperio, susceptis mensibus geminos enixa est. Plin. 1. 7. c. 11.

QUÆ PROMPTÈ CONCEPERUNT.

Thestiades (alii Thespiades) sorores L. ab Hercule una nocte compressæ, omnes conceperunt mares: maxima, item, & natu minima gemellos. Ex quibus duo Thebis mansere, quorum progenies in honore fuit: septem Thespis, quos Demochos appellat. Diod. 1. 4. c. 3. Herod. autem septem diebus, non una nocte, mulieres redditas scribit.

Cum Hercules Eleos vicisset, & Augeam regem (qui pro repurgatis agris precium negabat) imperata facere coegisset, Eleorum Feminæ viduatæ viris patriam videntes, vota Palladinuncuparunt, si gravide ad primos virorum congressus fierent. Uti comotes, templum Palladi extruxerunt: ilque locus, in quo primus congressus factus est, Bady nomen obtinuit, atque etiam flumen vicinum. Paus. 1. 5.

QUÆ ETATE INHABILI PEPERERUNT. Ut puta vel

Puellæ.

Megasthenes auctor est, mulieres Palææ habitantes, sex annos natas parere, Pblegon de Mirab. in longævis.

Vetale.

SARA jam nonagenaria Abrahæ centesimum annum agenti Isaac peperit. Gen. 21.

Intempestivus Elizabethæ matris uteris, faustum Joannis Zachariæ filii, salutareque terris depondit ortum. Nihil Deus non mirificè, & utiliter operatur. Mulier, quæ dum per atatem mater fieri potuit, sterilis fuerat, jam grandis natu, & decrepita, prægnans facta est. Sab. 1. c. 1. ex Lucæ 2. cap.

Cornelia ex Scipionum gente (diversâ à Gracchorum matre) post sexagesimum secundum annum, ex L. Volufio Saturnino, in præctura urbis extincto, genuit Volufium Saturninum, qui postea consul fuit. Plin. 1. 7. c. 14. in Sab. 1. 3. Enn. 6.

Vidisse se refert Albertus Mulierem in Germania, cujus primogenitus ultimum quadraginta annis superabat. Fieri potest quandoquidem ad sexagesimum usque parere possit mulier. Cardan. de Rev. var. 1. 8. c. 43.

Henrico VI. Imp. Constantiam Cælestinum III. Pp. è cœcœno-bio exemptam depondit, & dotis nomine Siciliæ, & Neapolis

regna tribuit. Illa jam quinquagenaria eum uterum præter spem ferre deprehensa esset, ne quis fraudi, aut suspitioni locus relinqueretur, instante partus tempore in urbe (Jesti) foro medio tentorium erigit, & quotquot vellent viros, & mulieres, spectatores esse permittit. Peperit igitur Fridericum II. eumque ducisse Spoletanæ alendum commisit, anno Salutis 1194. Colletarius 1. 4. Neap. Cusp. in tentorii in parte Panormi, multis utriusque sexus affantibus, Fridericum peperisse scribit, nec multo post peperisse etiam filiam Mariam, quæ Conrado duci Boemiæ, ac Marchioni Moraviæ nupsit.

Conceptionis tempus.

Conceptio viri, secundum Aristotelem completur in 40. diebus: secundum Aug. in 30. mulieris vero in 60. Verjus. Sex in lacte dies, & sunt in sanguine trini. Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

Huc refer quadam ex loco de Anima. Titul. anime Infuso.

* Concilium.

Vide infra CONCILIUM.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Concilium, si vocis etymon consideres, à conciendo, id est, convocando, & non improprè à conciliando, quod plures sententia velut in unam maturè conciliantur, deducitur. Si per litteram S, scribatur, quod parum interesse existimo, à consiliando, quod scilicet plures sententia in unam consilient, & conveniant, deducitur. Concilium vocat Cicero, congregationem ad aliquid cum deliberatione agendum deputatum, orat. pro Regeio. Itaque in sua generalitate importat conventum multorum hominum, & sub se quavis Comitata complectitur.

USUS.

Obtinuit consuetudo, ut celebrioris virorum principum Conventus, ad resarudis in sæculari Reip. gubernatione statuendas, publica, aut legitima auctoritate convocati, dicantur Comitata.

Concilia vero dicantur conventus personarum Ecclesiasticarum, (quamvis etiam sæculares suum hic locum habeant tanquam testes, & qui auctoritate sua adstant, ut ea, quæ decreta sunt, observentur, quomodo Imperatores nonnumquam Conciliis interfuisse, & ordinariè per legatos, ut etiam alios Principes, celebrioribus Conciliis intervenire notorium est) maxime Episcoporum, à superiore legitimo indicti, ut de rebus fidei, & Religione deliberent, & decernant. Atque illud nomen tam Vetus, quam Novum Testamentum pro Judæorum conventu agnoscit. Eiusque in locum Græci Synedron dixerunt, vel Synagogam. Catholici Synodum appellant, quæ vox primum in Canonibus Apostolorum nobis tradita, postmodum omnibus recepta. Ita quod etiam hæretici eam ad sua Conciliabula transfulerint, & corrafos imperitorum Scripturionum cuneos, hac nuncupatione indigitaverint.

* CONCILIA ECCLESIASTICA. ANTIQUITAS, ORIGO, & Author.

Theodoros Beza generalibus Conciliis in Ecclesia celebratis Satanam prædixisse scribit: Et Lutherus apud omnium ætatum hæreticos, qui ipsius doctrinæ fundamenta postuere Ecclesiam agnoscit. In Tradat. de notis vitæ Eccles. 10. 7. Calvinus Conciliis assingens fallibilitatem, eaque examini subiciens, ad humanam institutionem ea transmittit. Quibus rejectis.

Tenenda est sententia, quæ Conciliorum originem à Deo ipso in Ecclesia deducit. Exemplum habes in Ecclesia Hebræorum veteri. Hæc enim cum ad formam Reipublicæ redigi coepisset, constituit in ea Moyses Dei iussu, tribunos, cæneones, & Decanos, qui populum instruerent. Dixitque ad eum Jethro: Si hoc feceris, implebis imperium Dei. Exod. c. 18.

Rex Josaphat in Hierusalem constituit Levitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israæl, ut iudicium, & causam Domini judicarent habitatoribus ejus. 2. Paralip. cap. 19. Et subjungit Amarias Sacerdos, & Pontifex vester, in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit, &c.

Apud

Apud Judæos erat Concilium solenne, quod Synedrium appellatur. A appellatione compositum ex LXXII. senioribus: XII. principibus populi, iuxta numerum familiarum sive tribuum Israel: XIV. Principibus Sacerdotum: qui totidem classibus eorum præerant, excepto summo Pontifice, & Scribis, sive notariis, qui legem interpretabantur, quos Josephus nominat Prophetas.

Erat præter summum hoc Concilium, aliud minus, quod Synagogam dicebant, quod non erat aliud, quam populi conventus cum suo Principe, & ad illud referabantur causæ minus celebres, meminit utriusque *Lucas in Actis cap. 4.* Et Christus apud *Matt. 23. 10.* Tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos, &c.

IN NOVA LEGE.

Christus novæ Legis institutor ad discipulos suos dicendo ubi duo, aut tres congregati sunt in nomine meo, illic ego in medio illorum sum; demonstravit, & insinuavit Concilia Ecclesiastica. Uti docent *Concil. Chalcedonen.* Patres anno cccciv. *Epist. ad Leon. & Celestinus Papa* qui sedit anno B ccccxxv. *Epist. ad Conc. Ephes.*

Apostoli priusquam dividerentur in omnem terram, Spiritu S. impulsu conveniunt, ut fidei tradendæ breve compendium, quod Symbolum dicimus Apostolorum, conciperent, & omnibus traderent.

Exorta postmodum de Legalium observatione controversia Antiochia, conveniunt Apostoli, & Seniores Hierosolymam, videre de verbo hoc. (*Act. 15. 1. 5.*) idque anno Christi LI. à conversione Pauli, XIV. Ex hinc Concilia in Ecclesia coaluerunt, formamque, & ordinem acceperunt, ita ut singulis pene ætatibus celebrata fuerint. Uti ex dicendis amplius constabit.

FINIS, ET CAUSÆ.

Conciliorum in Ecclesia finis est, qui Comitiorum in Imperiis, tranquillitas à debita regiminis potestate, Legumque æqua observatione dimanant.

Causæ convocandorum Conciliorum à Doctores assignantur.

- I. Ut novus error examinaretur, & damnetur. Hinc tot hæreses, & eorum Auctores damnati per Concilia.
- C II. Ut schismata tollantur.
- III. Ut Romanus Pontifex iuspectus de hæresi (quod ut homini particulari, ipsi evenire potest) deponatur, vel nulliter electus deiciatur: vel eligendus, si dubium occurreret, penes quos foret potestas eligendi, aut Cardinales differrent, aut impedirentur, pro tali decerneretur.
- IV. Denique ut abusus omnis in rebus fidei, aut morum opportuno remedio auferatur.

DIVISIO.

Prodiit nuper anno M.DC.XVIII. libellus frontem gerens *Harmonie Synodorum Belgicarum*, impressus Lugduni Batavorum sub litteris S.E. In quo conventus Ecclesiastici quatuor statuuntur genera, 1. Cujusque Ecclesiæ consistorium. 2. Classis, 3. Synodus Provincialis, 4. Synodus Nationalis. Omittit autem Oecumenicam, sive universalem Synodum, eò quod agnoscat Catholicæ nomen non convenire Ecclesiæ Reformate ut vocant, quæ per loca, & certas Provincias, uti omnia hæreticorum conventicula, continetur.

D Verum tria duntaxat Conciliorum genera jam olim in Ecclesia celebrata constat. Generalia, quæ & Oecumenica, quasi totius orbis, ad quæ universè omnes convocantur Episcopi. Provincialia: quorum alia sunt Nationalia, quando omnes Episcopi unius nationis ad Primate[m] conveniunt, alia Regionalia sive Provincialia strictè, ad quæ vocantur comprovinciales Episcopi dumtaxat: auctoritate Archiepiscopi iustius Provincie. Et Diocesana, sive Episcopalia, quæ sunt conventus pastorum, & Sacerdotum alicujus Diocesis ad suum Episcopum, ob particulares alicujus Ecclesiæ difficultates sapiendas, aut decernendas, quod opportunum fore perpexerint. Quorum usum, & antiquitatem ex B. Augustino colligimus, qui dicit. Contra Pelagianam hæresim cum fuisset diutius disputatum, etiam ad Concilia Episcopalia novissima necessitate devenitum est. *De gratia, & lib. arbit. cap. 4.*

Oecumenica verò ob persecutiones crebras non poterant celebrari ante tempora Constantiniana: sed si quid definiendum erat, conveniebant Episcopi aliquot ad suum Archiepiscopum,

vel etiam inter se. Ejusque generis nonnulla fuerunt Concilia, quæ leguntur celebrata antepriimum Oecumenicorum.

NECESSITAS.

Cum Dominus prædixisset, Necessè est, ut veniant scandale: & Paulus, oportere ut sint hæreses: fati convincitur conciliorum ad ea tollenda necessitas, quamvis enim in Romano Pontifice resideat infallibile iudicium, & decretum in rebus fidei decidendis, debetis nihilominus subinde adhibere media humana maxime opportuna: quorum unum est, ut collatis in unum Doctores sententias veritas eratur.

Quod ita necessarium B. Augustinus censuit, ut de toto quaestione circa res fidei genere discerens, concludat: Nobis tutum non est in ea progredi aliqua temeritate sententiæ, quæ nullo in Concilio regionali Catholico cepta, nullo plenario sunt terminata. *lib. 7. de Baptis. cont. Donatist. cap. 53.*

Eodem modo diu ante Augustin. *Cyprian. 1. 2. Epist. 1.* Necessè, inquiens, habuimus conveniendum in unum pluribus Sacerdotibus, cogere, & celebrare Concilium.

FORMA, ET ORDO CONVOCATIO.

Quam convocandi?

Episcopi tanquam primi ordinis Pastores, convocandi: quibus etiam competit ut decendant, judicent, & sententiam dicant. Exemplum habemus in Concilio Hierosolymitano, ad quod conveniunt Apostoli, & Seniores sive presbyteri: factaque disquisitione, Apostoli desinunt. Itaque Episcopis competit definire, & Concilii subscribere: idque pro ratione temporis, quo consecrati fuerunt Episcopi.

Alii inferiores Presbyteri, & Doctores convocantur, ut quod definiendum examinent, deliberent, illustrent.

Quomodo etiam Principum, & magnorum virorum Legati. Immo ipsi etiam Principes sæculares conveniunt, ut quod decernitur, executioni mandetur, promulgetur, & testimonio eorum corroboretur.

Heretici quoque admittendi, ut proponant sua argumenta, & si quid habent, quo errorem suum, aut dogmata stabilire intendunt, ut his discussis, decernatur, quod veritati congruat.

Cardinales, Generales ordinum Religiosorum, Abbates, alique Ecclesiæ Prælati ex privilegio habent, quòd interfint Concilio, immò etiam nonnunquam quòd cum Episcopis subscribant.

INDICTIO.

Penes quem ea fit.

Generalia Concilia indicere ad summum Ecclesiæ Pastorem spectat: Nationalia verò, ad Primate[m] Provincialia, ad Metropolitanum: Diocesana, ad Episcopum.

Quippe in Concilio primo Apostolorum, Petrus supremus pastor, qui illud indixerat, primus omnium ait *Tertull. Spiritu sancto institutus, de Nationum vocatione præfatus fuit. 1. de Pudic. c. 21.*

Et tunc Canon antiquus à Soerete relatus in *biss. Eccl. 1. 2. c. 5. §. 13.* Non oportere absque sententia Rom. Pontif. decreta Ecclesiis sanciri. Quòd autem Imperatores nonnunquam Synodos convocasse leguntur, eatenus facit, quatenus illi dumtaxat permittebant fieri conventus: quod ob seditiones crebras vetitum erat, vel omnibus veniendi facultatem faciebant, vel locum designabant, vel denique itinera tutiora reddebant. H. aut ad certè illorum instantiam conveniebant.

INDICATIONIS LEGITIMÆ DEFECTUS.

Adeo Indictionis Legitimæ formam necessariam in Conciliis existimavit Ecclesia Catholica, ut si quæ absque hac aliquando coaluerunt, non obstante, quod magno numero convenirent Episcopi, pro indisciplinatis conventibus, sive conciliabulis habita fuerint, tale fuit Concil. Africanum LXXXVII. Episcoporum suffragio totius pene occidentis conditum.

Antiochenum III. xc. Episcoporum, cui Constantius Imp. interfuit, anno cccciv. celebratum.

Ariminense d.c. xxx. Episcoporum.

Mediolanense supradicto Constantio, celebratum anno cccclv. trecentorum Episcoporum.

Ephesinum II. quod anno d. xlii. auctoritate Theodosii Junio-

Junioris coactum fuit, & plura deinde alia, jussu Leonis I. A. Aurici, & Constantini Copronymi convocata.

Quo faciunt monita *Ofii Cordubensis Episcopi*, qui Niceno I. Concilio præfedit ex mandato Apostolicæ Sedis, ad Constantium Imperatorem, teste *Athanasio*. Ne te misceas Ecclesiasticis, Princeps, neque nobis in hoc genere præcipe. Tibi Deus imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concedidit.

LOCUS.

Locus est eligi debet, ad quem facile omnes convocandi habeant accessum. Non verò ille, ubi controversiæ, ob quas celebratur Concilium, ortæ sunt. Quia tempore Apostolorum exorta Antiochiæ controversia de legalibus, non ibi terminata fuit, sed Hierosolymis. Quamvis autem id obtineat in Conciliis generalibus, tamen magis expedit quoad particularia in locis celebrari Concilia, quibus exoritur difficultates discutendi.

PRÆSIDENTIA.

B Communis regula est, illius esse præsidere Concilio, cujus est convocare Concilium. Est autem præsidere, tractanda proponere, petere, colligere suffragia, atque instar capitis mystici totum corpus Concilii moderari. Unde facile intelligitur, cuiusnam in quolibet Concilio illud deferri oporteat.

Olim in veteri populo summus Sacerdos præsidebat: ita Deus ad Moysen *Exod. 4.* Aurum loquetur pro te ad populum, & eris os tuum: Tu autem eris in his, quæ ad Deum pertinent.

Amarias quoque præsidebat in his, quæ ad Deum pertinebant. *Ut constat lib. 2. Paralip. c. 10.*

In Concilio Hierosolymitano, Petrus tanquam Præses fur-rexit. Immo in primo Apostolorum conventu exurgens in medio situm dixit, &c. *Act. cap. 1.*

Nec ullum est dare Concilium, in quo per se, vel Legatum, non præfiderit Episcopus, qui illud indixerat, ut bene *Athanas. Apolog. 2.* Addit vel Legatum, quia Pontifex Romanus non solet præfideri Conciliis, quæ extra Urbem celebrantur, sed intervenit per Legatum, aut Vicarium cum ea potestate, quæ necessaria est pro rei tractandæ difficultate, C & exigentia.

CONFIRMATIO.

Concilia quævis ut auctoritatem, & infallibilitatem habeant à Romano Pontifice debent confirmari. Ita Nicæna Synodus cui Pontifici legati interfuerunt, à Silvestro approbati debuit. Sic enim ad illum scripserunt; Quicquid constituimus, præcamur ut oris vestri consortio confirmetur.

Legat, qui voluit S. Augustinum *Epist. 91. 93. 99. 106.*

Symmachus Pontifex, qui Romano Concilio præfuit, Concilia, inquit, Sacerdotum Ecclesiasticis legibus per Provincias decreta, quia præsentiam Papæ non habent, valetudinem petiderunt. Eaque propter Matthias Hovius nuper Archiepiscopus Mechliniensis in Belgio Synodum suam Provinciale[m], quam celebravit anno M.DC.VII. Sedis Apostolicæ calculo firmari, & approbati iussit.

Sequuntur Generalia Concilia in Ecclesia à temporibus Apostolorum celebrata, & quid in singulis definitum.

INDEX

CONCIL. OECUMENICORUM APPROBATORUM, REPROBATORUM, ET PARTIM APPROBATORUM, ET PARTIM REPROBATORUM.

Ex *Lucubrationibus Francisci à Caroliano, in summa Conciliorum nuper edita Antverpiæ.*

CONCILIA GENERALIA APPROBATA sunt XVIII.

Primum est Nicænum, quod celebratum est ab anno 325. usque ad annum 330, qui fuit annus 15. Silvestri Papæ, & 20. Constantini Imp. In hoc Conc. conveniunt Episcopi

318. Et duæ potissimum controversiæ definitæ sunt: Una de die Paschatis, ut Die Dominico post quartam decimam Lunam Martii celebraretur. Altera de Divinitate Christi, & cum Patre æqualitate, adversus Ariatorum hæresim.

Secunda Synodus est Constantinopolitana, celebrata anno 381. adversus Macedonium, negantem Spiritus sancti Divinitatem: Theodosio seniore Imp. ac Damaso Summo Pontifice. Ad quam conveniunt Episcopi 150.

Tertia Synodus est Ephesina I. quæ coacta est anno 431. Theodosio Juniore Imp. & Celestino I. Summo Pontifice: ad quam conveniunt Episcopi 200. In hac Synodo Cyrillus Alexandrinus locum Romani Pontificis obtinebat. Causa Concilii fuit Nestorii Episcopi Constantinopolitani nova hæresis, quæ Christum in duas personas dividebat.

Quarta Synodus est Chalcedonenis, quæ anno 451. collecta est adversus hæresim Eutychei Archimandrite, quæ unam tantum in Christo naturam asserbat post Incarnationem. Acta verò est hæc Synodus Leone I. Summo Pontifice, & Marciano Augusto. Adfuerunt in ea 630. Episcopi.

Quinta Synodus Generalis fuit Constantinopolitana II. habita anno 553. qui fuit annus 12. Constantini IV. Imper. Ad quam conveniunt Episcopi 289. & Legati Agathonis Papæ. F. A quibus damnata est eorum hæresis, qui unam tantum voluntatem in Christo esse volebant.

Sexta Synodus Generalis fuit Constantinopolitana III. celebrata anno 680. adversus Monochelitas, Constantino Pogonato Imp. & Papæ Agathonis legati præfuderunt.

Septima Synodus fuit Nicæna II. anno 787. sub Adriano Papa, & Constantino Imp. celebrata ab Episcopis 350. præfidentibus Legatis Romani Pontificis: coacta fuit hæc Synodus adversus Iconomachos, qui sacras Christi, & Sanctorum Imagines omni honore spoliabant.

Octava Synodus est Constantinopolitana IV. quæ celebrata est anno 869. Adriano II. Summo Pontifice, & Bailio Augusto. Conveniunt Episcopi 383. adversus Photium intrusum, qui depositus est, & Ignatius antea injustè depositus restituitur: imaginibusque honor redditur.

Nonum Concilium est Lateranense I. Episcoporum 300. & amplius, anno 1122. contra Saracenos, pro recuperanda Terra sancta, tempore Calixti II. & Henrici V. Imp.

Decimum est Lateranense II. Episcoporum mille, anno 1135. contra Antipapas, & pro jure Cleri tempore Innocentii II. & Lotharii Imperatoris.

Undecimum est Lateranense III. Episcoporum serè 300. pro reformatione Ecclesiæ, & contra Vvaldenses: anno 1179. tempore Alexandri III. & Friderici Imperatoris.

Duodecimum est Lateranense IV. Patrum 1283. anno 1215. contra varias hæreses, & pro Terra sancta recuperanda tempore Innocentii III. & Friderici Imperatoris.

Tertium decimum est Lugdunense I. anno 1245. contra Imperatorem Fridericum, & pro Terra sancta recuperanda, tempore Innocentii IV.

Quartum decimum est Lugdunense II. Patrum serè mille, contra errorem Græcorum, tempore Gregorii X. & Rodulphi Imperatoris anno 1274.

Quintum decimum est Viennense anno 1311. Episcoporum 300. contra varias hæreses, tempore Clementis V. & Henrici VII. Imperatoris.

Sextum decimum est Florentinum anno 1438. Patrum 141. contra errores Græcorum, tempore Eugenii IV. & Alberti Imperatoris.

Decimum septimum est Lateranense V. anno 1517. Patrum H. 114. contra schismata, & pro variis negotiis, tempore Julii II. & Leonis X. & Maximiliani Imp.

Decimum octavum est Tridentinum, anno 1545. inchoatum, & 1563. absolutum. Coacta fuit hæc Synodus contra hæreses Lutheranorum, & pro Ecclesiæ reformatione, tempore Pauli III. Julii III. ac Pii IV. & Caroli V. ac Ferdinandi Imperatorum.

CONCILIA GENERALIA REPROBATA sunt VII.

Primum est Antiochenum, anno 345. anno 5. Constantii Imperatoris, in quo damnatus est Athanasius, & via patefacta ad everisionem Concilii Nicæni.

Secundum est Mediolanense, Episcoporum plusquam 300. anno 354. tempore ejusdem Constantii, in quo etiam oblique fides Catholica damnata est.

Tertium

Tertium est Ariminense, Episcoporum 690. sub eodem A Constantino anno 363. in quo sublatum est desymbolo nomen *synodus*.

Quartum est Ephesinum II. tempore Theodosii Junioris, anno 450. in quo fazione Dioscori occisus est S. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, & legati Romani Pontificis Leonis fugati, ac demum hæresis Eutychniana confirmata.

Quintum est Concilium Constantinopolitanum sub Leone Ilauro contra factas imagines, anno 728. qui fuit 13. Imperii ejusdem. Interfuit huic Concilio S. Germanus Patriarcha, qui quia non consentit, à sua Sede Constantinopolitana dejectus est.

Sextum est Concilium Constantinopolitanum sub Constantino Copronymo, anno 754. convenerunt Episcopi 338. sed nullus adfuit Patriarcharum, excepto Pseudopiscopo Constantinopolitano. Definitum est in hoc Concilio, abolendas esse Christi, & Sanctorum imagines. Reprobatur est hoc Concilium in VII. Synodo. *Act. 6.*

Septimum est Concilium Pisanum anno 1151. congregatum ab Imperatore, & Rege Gallie, & aliquot Cardinalibus, B Contra Julium III. Papam. Reprobatur est paulò post in Concilio Lateranensi sub Julio III. *Sessio 2. & 3.*

CONCILIA PARTIM APPROBATA, ET PARTIM REPROBATA, SUNT VI.

Primum Sardicense, Episcoporum 376. anno Domini 347. tempore Constantii Imperatoris, & Julii I. Papæ: ex quibus 300. Episcopi occidentales fidem Catholicam confirmarunt, quam exponit *Hilarius in lib. de Synodis*: reliqui 76. Episcopi Orientales fidem Arianam scripserunt.

Secundum est Concilium Syniense, quod celebratum est annis quinque post Sardicense, hoc est, anno Domini 356. Liberio Summo Pontifice, & Constantino Imperatore. In hoc enim Concilio duæ Formulæ fidei dissentientes inter se editæ sunt.

Tertium est Concilium Quinifextum anno 693. celebratum, in quo continentur Canones Trullani, qui partim sunt reprobat, qui sine ulla auctoritate Summi Pontificis id fecerunt, & aperte Sergius Papa, qui tunc vivebat, reprobat hæc erraticam Synodum. Partim sunt approbat, quia etiam C Canones illi ex se nullam vim habeant; aliqui tamen postea probati sunt à Pontifice, aut aliis legitimis Conciliis, qualis est Canon. 82. De pingendis Imaginibus, receptus ab Adriano Papa, & VIII. Synodo.

Quartum est Concilium Francofordiense, quod celebratum est anno 794. Adriano I. Pontifice, & Carolo Magno Francofurti Rege. Hoc Concilium ab Adriano confirmatum fuit quantum ad eam partem, in qua definitur, Christum non esse filium Dei adoptivum; & ab eodem reprobatum quantum ad alteram partem, in qua ex errore damnatur VII. Synodus.

Quintum est Concilium Constantiense, Patrum ferè mille: quod quidem, quantum ad primas Sessiones, ubi definit, Concilium esse supra Papam, reprobatum in Concilio Florentino, & Lateranensi ultimo: quantum verò ad ultimas Sessiones, & ea omnia, quæ probavit Martinus V. ab omnibus Catholicis recipitur.

Sextum est Concilium Basileense, cujus nihil est ratum, & probatum, nisi quædam dispositiones circa beneficia, quæ à Concilio factæ fuerant, quas pacis, & unitatis gratia Nicolaus Papa approbavit. Concilium verò ipsum reprobatum in Concilio Lateranensi ultimo, *sess. 22.*

DE CONCILIO PISANO.

Concilium Pisanum anno 1409. celebratum non est manifestè, nec probatum, nec reprobatum: nam ex una parte depositus Gregorius XII. & Benedicto XIII. elegit Alexandrum V. qui inter veros Pontifices numeratur: ex altera verò S. Antoninus 3. part. tit. 22. c. 5. §. 2. & 3. asserit, ipsum esse Conciliabulum: & eventus idem ostendisse videtur: quia coactum fuit Concilium ad schisma tollendum, & tamen illud non fultulit, sed auxit. Si verò absolute fuisset reprobatum, utique Alexander VI. se non Sextum, sed Quintum appellasset.

* AMPLIOR GENERALIUM CONCILIORUM ENUMERATIO, ET QUID IN SINGULIS ACTUM, ET DEFINITUM, ACCURATIOR INVESTIGATIO.

Scire hoc loco non inutile fuerit, quibus maximè de Causis Generalia, sive Oecumenica Concilia celebrata ab Ecclesia sint. Paucis, & velut per compendium superiori Indice id significatum fuit: nunc luculentius paululum, cum non exiguum momentum istiusmodi cognitio habeat; eandem rem verbis Joannis Azorij & Societatis Jesu Theologi in Positivis ut loquuntur exactissimi, ex Tom. illius 11. *Instit. Moral. lib. 5. c. 16.* & sequentibus, proponemus.

Primum igitur Generale Concilium fuit *Nicænum*. (ut nihil dicatur de Hierosolymitano tempore Apostolorum celebrato) anno Domini 325. qui erat annus Pontificatus Sylvestri 12. & Constantini Magni annus 20. Imperii, ut constat ex Act. 2. Concil. Chalcedonensis, & *Enseb. in vita Constantini. lib. 3. c. 24. & 14. c. 40. & 47.* quod auctoritate Sylvestri Romani Pontificis, curante, perente, & favente Constantino Magno Imperatore coactum est. Falso quidam, ut *Sozom. lib. 1. c. 46. Nicephorus lib. 8. cap. 14.* scripserunt sub Julio Papa celebratum esse, *Sozom. lib. 2. c. 13.* ait: (Constantinus indicit Concilium Nicææ urbe Bythinie, scribitque ad omnes Ecclesiarum Præsules, ut ad diem præstitum adfuit. Quod dicit, (Constantinus indicit Concilium,) intelligitur deliteris Imperatoris, quas ex sententia Episcoporum scripsit. Unde *Ruffinus lib. 5. cap. 11.* dicit: (Ex sententia Sacerdotum, Constantinus Concilium convocavit. Convenerunt trecenti, & decem octo Episcopi, omnes ferè ex Oriente: ex Occidente vero Orosius Cordubensis Episcopus Sylvestri Papæ legatus. Damnata est in eo hæresis Arii negantis divinitatem filii in Trinitate. Editum est Symbolum fidei, in quo divinitas Filii est plenè explicata: additaque est illa particula: (Consubstantialia Patri) cum Ariani contenderent non esse dicendum, ejusdem substantiæ, sed similis. Definitum quoque est, celebratum Paschalem non esse colendam quarta decima Luna primi mensis, quo Judæi fuit Pascha celebrant.) Hoc Concilium religiosissimè venerat Ecclesia tanquam primum, & sanctum. Interfuerunt in eo sanctissimi Præsules, inter quos multi erant gravissimi tormenta passi, perfectionibus fuit Diocletiano, Maximiano, & Maximino Imperatoribus. Editi sunt multi Canones, quamvis apud nos non extant, nisi viginti. Canon 11. videtur condemnare eos, qui Christiani facti ad militiam revertuntur, quasi non liceat Christianis militare. Damnat Concilium non militiam, sed eos, qui militare cingulum, quod erat insigne honoris, ambientes, à Christi fide suscepta recedebant.

II. Concilium fuit *Constantinopolitanum* anno Domini 381. ut ait *Onuphrius in Chronico*, anno Damasi Papæ 15. & Theodosii senioris 12. teste eodem *Onuphrio*, quod erat centum quinquaginta Patrum: Congregatum est auctoritate Damasi Romani Pontificis, curante, petente, & favente Theodosio seniori Imperatore. Damnata est in eo hæresis Macedonii Episcopi Constantinopolitani, qui Spiritus sancti divinitatem negabat. Unde ad Symbolum Nicænum addita sunt ea, quæ ad Spiritus sancti divinitatem spectant (& Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio simul adorandum, & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas,) quæ Patres Nicæna Synodi minimè expresserunt, quia tunc exorta non fuerat hæresis, quæ Spiritus sancti divinitatem negabat. Sunt editi Canones Septem.

III. Concilium fuit *Ephesinum*, auctoritate Caesestini Papæ, petente, & favente Theodosio juniore Imperatore convocatum. Convenerunt Episcopi plura quam ducenti ex Oriente. Celebratum est anno Domini 430. anno Caesestini Papæ 5. Theodosii Imperatoris 29. teste *Onuphrio in Chronico*. Præsuit in eo Cyrillus Episcopus Alexandrinus, Caesestini Romani Pontificis Locum tenens. Condemnata est in eo hæresis Nestorii Episcopi Constantinopolitani, ponentis in Christo duas personas, humanam, & divinam. Unde dicebat beatissima Virgine dicit non debere Dei Genitricem, sed Christi hominis. Item Christum hominem gratia, & adoptione, non natura esse filium Dei. Hanc hæresim Nestorius ex Theodoro Mopsuestensi Episcopo accepit: qui postea condemnatus est in Concilio V. Generali. Porro Joannes Antiochenis Episcopus una cum Episcopis sibi subiectis ad Concilium

venit post condemnationem Nestorii: ut propterea à Cyrillo Alexandrino dissentire cepit favens Nestorio: Ioanni ad hæresim Theodoretus, ipse quoque à Cyrillo dissentis. Et quia Cyrillus duodecim Capitula contra totidem Nestorii blasphemias conscripserat, inter quæ Spiritum sanctum dicebat esse Patris, & Filii, & à Patre, & Filio procedentem, Theodoretus, contradicens scripsit Spiritum sanctum non procedere à Patre, & Filio, nec à Patre per Filium: occasio sumpta est ex Theodoretis verbis, ut Græci longo post tempore negaverint, Spiritum sanctum ex patre, & filio procedere: quamvis contra Theodoretum semper tenuerunt procedere ex patre per filium. Anno Domini 449. coacta est Pseudosynodus Ephesina 118. Episcoporum. Ad eam misit Leo Papa suos legatos Julianum Episcopum, Renatum Presbyterum, Hilarium Diaconum. In ea ob nimiam Dioscori Alexandrini Episcopi Eutychniani potentiam conventivum Episcopos absolutus est Eutyches Abbas Herefarcha, & approbata ejus hæresis. Synodus hæc prædatoria dicitur: scelerati hæretici in Catholice fidei defensores sævierunt, Legati Pontificii fuga clapsi tandem post multa pericula, & infidias in urbem redierunt: per eos Leo Pap. certior factus est de his omnibus, quæ in illo Conciliabulo acta sunt. Damnavit hæc Synodus Leo Papa, qui Romæ curavit, ut Concilium coegeretur, in quo rescinderentur omnia acta Pseudosynodi Ephesinæ.

V. Concilium fuit *Chalcedonense* auctoritate Leonis Papæ, instante & urgente Martiano Imperatore congregatum. Anno Domini 451. Leonis Papæ 12. Martiani Imperatoris 2. Convenerunt eo sexcenti, triginta Episcopi: damnata est hæresis Eutycheus Constantinopolitani Abbatris, & Dioscori Episcopi Alexandrini, negantium in Christo duas naturas, humanam, & divinam. Dicebant illi facta Incarnatione verbi, Christum non in duabus naturis subsistere, sed ex duabus factam unam, sive commistione, & confusione, sive conversione carnis in divinitatem. In eo Concilio restitutus est in sedem suam Theodoretus Episcopus, postquam clarè, & expressè anathematizavit Nestorium: restitutus quoque est sedi suæ Ibas Episcopus Edessenus, postquam Anathematizavit etiam expressis verbis impium Nestorium, ambo enim anti scriptis suis Nestorio faverant, ac fuerant in Synodo Ephesina 2. suis sedibus dejecti. Resipuit Theodoretus, & se cum Leone Romano Pontifice reconciliavit. Post Concilium Quintum Generale dissidium inter Catholicos: nam plurimi Concilium Chalcedonense recipere recubant propter tria capitula edita in V. Concilio Generali. Primum de Theodoro Mopsuestensi Episcopo, cujus impia scripta ibi damnantur: & tamen Theodorus in Concilio Chalcedonensi non damnatur. Secundum de Theodoro, cujus scripta adversus duodecim capitula Cyrilli Episcopi Alexandrini ibi reprobandur, & tamen Concilium Chalcedonense *Act. 8.* ipsum Theodoretum sedi sue restituit. Tertium de Epistola Ibas Episcopi Edesseni scripta ad Marim Perlam, quæ in eo capitulo damnatur: & quod Cyrillus Alexandrinum Episcopum vocet hæreticum, & Nestorium laudet, & tamen Ibas Episcopus in Concilio Chalcedonensi, ut Catholicus recipitur, & in sedem suam restituitur. Totum hoc dissidium ex bonæ fidei ignorantia nascebatur. Nam revera Theodoretus, & Ibas primò Nestorio faverant, & Cyrillus damnaverant, & contra illum scripserant: postea verò resipuerunt, & cum Cyrillo reconciliati sunt: & ita Concilium Quintum damnatum eorum scripta, non personas. Concilium Chalcedonense recepit personas, quia jam resipuerant. Unde *Gregorius libro 2. Registri in ditione 10.* Epistola 10. scribens Sabino Subdiacono ait: Exeuntes maligni homines turbaverunt animos vestros, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, altruentes, quod aliquid de sancta Chalcedonensi Synodo præ memoria Justiniani temporibus sit immutatum, quam omni fide, omnique devotione veneramus: & sic quatuor Synodos sanctæ, & universalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Evangelii recipimus: De personis vero, de quibus post terminum Synodi aliquid statutum fuerat ejusdem præ memoria Justiniani temporibus est ventilarum: ita tamen ut nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eandem sanctam Chalcedonensem Synodum fuerat constitutum. Anathematizamus autem si quis ex definitione fidei, quæ in eadem Synodo prolata est, aliquid imminuere præsumit, vel quasi corrigendo ejus sensum mutare: sed sicut illic lata est, custodimus. Hæc ibi, &

libro 7. Epist. 53. scribens Secundo servo Dei incluso, sic ait: Valde autem libenter accipi, quod tua me charitas de sua dubitatione requisivit, An Orientales Ecclesiæ fidem, atque doctrinam sanctæ memoriæ Leonis sequantur: ne fortasse earum sensus inter semetipsas pro trium Capitulorum defensione divisus sit: unde certam tuam dilectionem esse desidero, quia prædictæ sanctissimæ Orientales Ecclesiæ uno sensu, una doctrina, fidem ejusdem sanctæ memoriæ Leonis tenent, sanctamque Chalcedonensem Synodum ita nobiscum custodiunt, atque venerantur, ut nullus esse Episcopus reputetur, qui ejusdem Synodi defensor, testatorque non fuerit: Hinc est etiam, quod cum quatuor in præcipuis sedibus Antifites ordinantur, Synodales sibi Epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem Synodum cum aliis Generalibus Synodis custodire fateantur, sicut & nos averfamur, & anathemate plectendos ducimus, qui de fide ejusdem Synodi aliquid minuere, vel aliquid in ea addere præsumunt. Nam Synodus, quæ post eam generaliter facta est, idcirco à nobis recipitur, quia ejusdem in omnibus sequitur honorem illius, auctoritatemque custodit. (Et paulò inferius:) Ut enim dilectioni tuæ de eadem breviter loquar, sancta Chalcedonensis Synodus usque ad definitionem fidei, & prolationem Canonum de generalibus causis locuta est; nam post prolationem Canonum specialia Episcoporum certamina sopire curavit. Epistola verò quam in ea Reverendissimus Ibas denegat suam, ut in extrema parte Synodi jacet, agnosces: quæ videlicet Epistola Nestorium inaudium, & inquisitionem non facta, damnatum asserat, & si totus superior textus prædictæ Synodi legitur, quantum hæc Epistola eidem Synodo adversetur, invenitur: quia scilicet sancta Synodus & Nestorium, sicut est, hæreticum denuntians, & beatum Cyrillum Patrem catholicum venerat. Epistola ergo, quæ illum defendit, qui à Synodo damnatus est, & illum accusat, quem Synodus venerat: proculdubio definitioni sanctæ Synodi probatur adversa. Sed quia ejus defensores solent dicere, quod hanc Ibas eo tempore scripsit, quo adhuc Cyrillus propter duodecim Capitula, quæ necdum exposuerat, dubius habebatur: In ipsa hæc Epistola perpende, quia legitur, quod inter Orientales Episcopos, & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amotæ dubitationis hæc eadem Epistola scripta est, constat, quod non est Catholica, quæ patrem Catholicum, atque in toto Synodi volumine laudatum hæreticum haberet. Hactenus Gregorius.

In hoc Concilio Chalcedonensi Ecclesiæ Hierosolymitanæ datus est honor Patriarchalis, unde ex eo tempore Episcopus Hierosolymitanus Patriarcha nomen obtinuit post Constantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum: antea enim subiectus erat Casariensi, qui Syriæ Metropolitanus erat. In Concilio enim Nicæno *Canon. 7.* sic habetur: (Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut *Alia*, id est Hierosolymorum Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem; manente tamen Metropolitanæ civitatis propria dignitate.)

V. Generale Concilium fuit *Constantinopolitanum* secundum: Evagrius, ait, indicium fuisse, & congregatum à Justiniano seniore Imperatore, Cathedram Petri tenente Vigilio Romano Pontifice. Intelligitur Justinianus indicisse, & convocasse Concilium: non quia id propria auctoritate fecerit, sed ex sententia Vigilli Papæ, & aliorum Episcoporum, qui sententia præcedente literas dedit ad E. H. Episcopos, ut Constantinopoli Convenire haberent. Celebratum fuit anno Domini quingentesimo quinquagesimo tertio, Vigilli Papæ 17. & Justiniani Imperatoris 26. teste *Onuphrio in Chronico*. Convenerunt eo 165. Episcopi, multi ex Oriente Præsules, & pauci quidam ex Italia: coacta est hæc Synodus contra Petrum Antiochenum Episcopum, Antium Patriarcham Constantinopolitanum, Severum, Theodorum, & Zoaram Episcopos hæreticos Origenianistas: & auctoritate Episcoporum damnatione facta, constitutionem edidit Imperator, quia præfatos quinque hæreticos justitè suis sedibus deici juxta sententiam Agapeti Papæ, & sanctorum Episcoporum. In hoc Concilio interfuit ipse Justinianus Imperator: dicitur præfuisse huic Concilio Mennas Patriarcha Constantinopolitanus, sed id factum est auctoritate Vigilli Papæ, qui tunc in urbe Constantinopolitana erat. At Synodo non interfuit.

Damnavit quoque Synodus multa in Theodoro Mopsuestensi

stienti Episcopo, quod diceret, duas esse in Christo personas Dei, & hominis: unionem Verbi cum natura humana factam esse non secundum personam, sed secundum gratiam: Beatissimam Virginem non esse Dei Genitricem, sed Christi hominis: alium esse verum Verbum, alium Christum passionibus animæ, & carnis concupiscentiis vexatum, & à malis infestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum meliorem effectum, & ex viâz conversatione incontaminatum constitutum, tanquam purum hominem baptizatum in nomine Patris, & Filii, & spiritus sancti, & per baptismum gratiam Spiritus sancti accepisse, & adoptionem promeruisse, & in similitudinem materialis imaginis adorari in persona Dei Verbi, & instar Platonis, Epicuri, & Marcionis, qui propria inventa secta, suos discipulos nominari fecerunt Platonicos, Manicheos, Epicuræos, Marcionistas. Christum propriam sectam constituisse, ex qua vocati sunt Christiani. Condemnavit itidem Synodus impia scripta Theodoret, quicontra duodecim sancti Cyrilli capita conscripsit: item Epistolam Iba Episcopi Edeffeni ad Maricum Persam, in qua Nestorium, & Theodorum Mopsuestensem, & eorum impii pia dogmata defendit, damnatque duodecim sancti Cyrilli capita: & ipsum Cyrillum hæreticum appellat.

VI. Concilium fuit Constantinopolitanum Tertium: celebratum est anno Domini 681. Agathonis Papæ 3. Constantini Imperatoris 13. ut ait Ouphris in Chronico, res sic gesta est. Constantinus Imperator Pogonatus hujus nominis V. summo studio conatus est, ut Constantinopoli Generalis Episcoporum conventus haberetur, quo damnaretur hæresis Monothelitarum, id est, hæreticorum unam tantum in Christo voluntatem ponentium, & ut Constantinopolitana Ecclesia cum Romana conjungeretur: præferant enim ei Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, Monothelitz omnes. Unde Imperator Indictione 6. pridie Idus Augusti Epistolam ad Dominum Romanum Pontificem misit, qua petebat, ut ad se Legatos mitteret, qui Generali Concilio præsiderent. Nam (Theodoro, inquit, Exarcho mandavi congregatis, & Episcopis ad Concilium venientibus naves idoneas, & sumptus necessarios suppeditandos curet.) Extat Epistola in ipsius Concilii Actis extata. Interim Romæ Dominio Papa mortuo, ei successit Agatho, anno Domini

C 679. qui Romæ Conventum Episcoporum Occidentalium 125. habuit. In eo definitum est, in Christo duas esse naturas, & voluntates: quod decretum omnes Episcopi sua manu firmarunt. Qua re peracta Pontifex Episcopis quibusdam diu, sed frustra ex longinquis regionibus expectatis, Legatos tres Constantinopolim misit, qui vias suas implerent, Theodorum, & Sergium presbyteros, & Joannem Diaconum; & totidem Episcopos misit ipse. Conventus Romæ habitus, videlicet Joannem Portuensem, abundantium Paternensem, & Joannes Rheginum, hi magno Clericorum, & Monachorum numero confederantes naves, in mense Octobris Constantinopolim pervenerunt, & honorifice ab Imperatore in Palatio excepti literas ei Pontificis, & Conventus Romani reddiderunt, quibus excusatio de Legatis seruis missis, & fides Episcoporum de duabus Christi voluntatibus continebatur. Imperator his lectis, Legatos hortatus est, ut veritate, remotis omnibus Philosopherum concertationibus, ex sanctarum Scripturarum monumentis, & Patrum testimonio conarentur erueri, & in eis hospitia parata disponerent, & quotidianis sumptus assignavit. Mox Gregorius Constantinopolitanus, & Macharius Antiochenus Patriarchas, ut primo quoque tempore suos Metropolitanos, & Episcopos Constantinopolim advocarent, admonuit. Die inde Dominico facta pompa spiritus sancti invocandi gratia per urbem ducta, ad eam Legati, equis fratis missis mira benignitate Principis invitati sunt. Tandem 7. Idus Novembris in penetrale Palatii, qui Trullus dicebatur, Concilium convocatum est. Legati Pontificis, & Conventus Romani & omnes Orientalium Ecclesiarum Metropolitanos, & Episcopi excepti, suo quisque ordinis confederunt. Quibus ritè perfectis, Georgio, & Machario mandatum est, ut quibus suam sententiam de una Christi voluntate Conciliorum auctoritatibus fulcissent, exponerent. Illi tria superiora Concilia protulerunt: verum multa eis de suo effusisse convicti, risum omnibus præbuerunt 17. Kalendas Decembris decretum Catholicis Pontificis Agathonis, Conventusque Romani

de duabus Christi voluntatibus Legati ediderunt. His utrinque prolatis, SS. Patrum testimonia in medium producta sunt. Idibus Februarii testimonia recognita sunt, quorum multitudinem, & auctoritatem Gregorius Patriarcha permotus, statim à tenentia desistit. Itaque revocatis 5. Non. Mart. in Concilio Patribus, cum furresisset, clara voce se cum Metropolitanis, & Episcopis suis decreto de duabus Christi voluntatibus assentiri dixit: & continuo in partes Catholicorum transiit: Macharius autem Patriarcha quid sui judicii esset rogatus, se cum suis Metropolitanis, & Episcopis in pristino manere proposito affirmavit, citiusque milites morituros, quam de catholici sententia discerentur. Quam vocem ubi Imperator, & Catholici audierunt ira perciti, orarium collo detrahi jusserunt, eumque cum suis ex Concilio ejectum, sacro anathemate persecuti sunt. Factum est autem, teste Anastasio Bibliothecario, ut eadem hora atræ omnes atrancorum telæ & laquearii Conclavis deciderent: qua re conspecta cuncti Catholici subito nigras ipsas hereticorum sordes evanuisse, latis animis, & vocibus exclamaverunt. Condemnati sunt Sergius, Paulus, Pyrrhus, Petrus, & Cyrillus omnes Monothelitz. Die inde reformationis Joannes Episcopus Portuensis Legatus in eadem sanctæ Sophiæ Misarum solemniam, Imperatore, populoque presente Latine celebravit, tanto cum populi plausu, & lætitia, ut is quoque Latine novo more Imperatoris laudibus acclamaret. Ex quo omnes diem tandem duarum Ecclesiarum diffidium penitus esse sublatum indicantes, maximas Deo de conciliata concordia gratias egerunt. Postremo 5. Idus Septembris professio fidei à Concilio edita, & post quinque dierum spatium singulorum Episcoporum subscriptionibus firmata est 10. Kalendas Januarii. Imperator Constantinus, remisit Legatis, literas ad Pontificem, & Conventum Romanum dedit: quibus se rem ex animi sententia conficisse significavit. Sequenti anno sexingentesimo octuagesimo secundo, Agatho Pontifex 4. Idus Januarii morte absumptus est. In ejus locum Leo II. successit, qui mense Julio Legatos à Concilio reversos cum literis Imperatoris, & ipsius Concilii actis accepit, eaque sua auctoritate firmavit. Et cum Latine, & Græce peritus esset (erat enim natione Siculus) acta Concilii in Latinum sermonem convertit.

Porro in hoc Concilio nulli sunt editi Canones: unde Gregorius Orientales Episcopi post 27. aut octo annos iterum in Palatium, qui Trullus vocabatur, convenerunt, imperante Justiniano juniore Heraclii Imperatoris filio, ut testatur Ouphris in Chronico, nullo Romani Pontificis presente, nulla ipsius auctoritate acti, & Canones centum duos ediderunt, qui vulgo Canones sextæ Synodi, & Trullani dicuntur.

Hinc factum est, ut orta sit quæstio, Utrum Trullani Canones sint Canonici, & an Ecclesiasticam auctoritatem habeant, de qua quæstione Canus libro 5. de locis, capite ult. in responsum ad 6. argum. ubi negat eos Canonicos, & Ecclesiasticæ auctoritatis esse. Primum, quia Anastasius Apostolicæ Sedis Bibliothecarius in Proemio ad octavam Synodum, ad quam justo Adriani Secundi missus est, testatur eos Canones non esse in Ecclesia Romana receptos, ut habetur capite 2. distind. 63. Idem dicit Umberto Sylvæ Candidæ Episcopus Legatus Leonis 9. in libello contra Epistolam Michaelis Patriarchæ Constantinopolitani, Item Theophanes Græcus, historicus, Theod. Balsamo in interpretatione eorumdem Canonum, Mathæus Monachus Græcus in historia Conciliorum, & virorum illustrium. Item Justinianus Imperator eo nomine Secundus, his Synodum Constantinopolim coegisse legitur: prius sub Sergio Romano Pontifice, posterior sub Joanne VII. & de priori quidem Synodo Beda de natura rerum capite 67. ait: (Justinianus Romanæ Ecclesiæ Pontifex Sergium, qui auctoritate sua Synodum, quam Constantinopolim fecerat, suadere, & subscribere noluerat, justit Constantinopolim deportati: qui tamen ob culpam perfidie regni gloria postea privatus, exul in Pontum recessit.) Idem scribit Paulus Diaconus libro de Gestis Romanorum in Justiniano, & Anastasius Bibliothecarius in Vita Sergii Pontificis. Insuper Platina in vita Joannis VII. testatur sic: Justinianus eadem stulticia vexatus qui fuerat ante amissum Imperium, Sergio Pontifice, duos Metropolitanos Romam misit, qui Joannem adhortarentur, ut habita Synodo, quæ de Homouio crederent Orientales, eadem etiam Occidentales

dentales affirmarent, propositis libellis, in quibus ei subscribendum erat: Homines tamen infecta ad Imperatorem Pontifex remisit.

Præterea in Canone 2. suscepit, & confirmat hujusmodi Synodus 85. Canones Apostolorum: at Sedes Apostolica non tot Canones approbat, ut auctor est Isidorus capite Canonum, distind. 15. Leo Novus, capite Clementis, eadem distind. 15. Leo Novus, capite Romana, dist. 15. Item hujusmodi Synodus in eodem Canone 2. approbat Concilium Cypriani martyris de rebaptizandis hæreticis, quasi secundum traditam Africanam consuetudinem lex illa constituta sit. Sed Cypriani decretum ab universalis Ecclesiæ reprobatur est. Cur igitur in Trullano Canone approbatur?

In Canone 3. Ecclesiæ Romanæ lex de Bigamis non ordinandis tanquam summum jus, & ex rigore severum appellatur?

In Canone 13. dicitur, ut subdiaconi, diaconi, presbyteri à suis uxoris ab sacros ordines susceptis non parentur. Ea consuetudo Græcica est, non Romana, aut universalis Ecclesiæ.

Canone 26. statuitur, ut Constantinopolitana sedes æqualia privilegia cum Apostolica teneat. Adversus hoc privilegium pugnaverunt olim Romani Pontifices Leo I. Pelagius I. Gregorius I. & Nicolaus I. & quamquam jure, & ratione pugnaverunt, convinentibus tamen postea, & tolerantibus Romanis Pontificibus, Constantinopolitana Patriarcha post Roman. Pontificem cæteris tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano prælati est, ut patet ex capite antiqua de privilegio huic Constantinopolitanæ, & Græcicæ ambitioni, ac vanitati noluerunt sequentes Romani Pontifices diutius repugnare.

Canone 62. præcipitur, ut in omnibus Quadragenariis jejuniis diebus, per sabbatum, & Dominicam novæ hostiæ non confectur, sed fiat sacramentorum sacrificium, ut apud Latinos fieri solet in die Parasceves: sic Græcicus est ritus, non Romanus.

Canone 55. sic habetur: (Quoniam intelleximus in Romanorum civitate in sanctis Quadagesimæ, & in ejus Sabbatis jejunare, præter Ecclesiasticam traditionem consuetudinem, sanctæ Synodo visum est, ut in Romano Pontifex ferat hunc Canonem æquo animo? Ecclesiasticam appellant consuetudinem, quæ apud Græcos viget, non Latinos, & tacite reprobatur usus Romanorum in Sabbato Quadagesimæ servantium jejunium, & lex Ecclesiæ Romanæ prescribitur, sine ullo Pontificis consensu.)

Canone 67. sic dicitur: (Sacra Scriptura nobis præcipit, ut abstineamus à suffocato, & sanguine: merito igitur damnamus eos, qui cuscuvocato animalis sanguinem ante aliqua condunt, & sic comedunt. Audacter sane Græci Latinarum consuetudinem improbant, & Apostolicum preceptum ad breve tempus datum, volunt esse perpetuum.)

Si contra hæc obiciat: Gratianus nomine VI. Synodi Trullanos Canones perpetuo citat. ut constat ex capite placuit, distind. 16. & capite quoniam, d. 31. cap. si quis d. 32. c. ult. d. 93. cap. Jacobus, de consec. d. 1. cap. dicimus de consec. d. 2. cap. si quis Episc. 27. qu. 1. At 6. Synodus sine dubio Ecclesiasticam auctoritatem habet. Respondeo, falsò Gratianum prædictos Canones citasse tanquam Canonicos, & Ecclesiasticos, & à 6. Synodo constitutos. Potuit ille quidem horum Canonum auctoritate uti, sed non tanquam Canonica.

Secundo obiciat, Innocentius III. in cap. A multis, de etat. & qual. dicit: In 6. Synodo esse decretum, ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiali jure mulieri voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus ordinem faciat: patet autem hunc esse 6. Canonem Trullanum. Respondeo, Innocentium in hac parte, secundum vulgi opinionem locurum fuisse, appellavit Trullanos Canones nomine VI. Synodi, quia sic vulgariter nominari solent.

Tertiò obiciat, Adrianus Papa in cap. sextam, d. 16. & in cap. sextam, de consecrat. distind. 3. prædictos Canones recipit, & approbat. Respondeo, non Adrianum Papam, sed Tharastum Patriarcham Constantinopolitanum eos Canones recipere, & approbare, ut constat ex Synodo

7. Ad. 1. & 2. Adrianus vero Papa refert verba Tharastii: & falsus est Gratianus, dum allegat, & accipit ea verba, Et tanquam Adriani Papa.

Anno Domini 754. Constantinus cognomento Copronymus Iconomachus hæreticus conventum 336. Episcoporum Constantinopoli coegit, in quo damnatus est sacrarum imaginum cultus, & usus: Imperator Catholicos Episcopos sacrarum imaginum defensores suis sedibus expulit. Stephanus III. anno Domini septingentesimo septuagesimo nono, in Laterano Concilio Episcoporum nuncupavit ex Italia, & Francia, & eam Synodum damnavit: restituit imaginibus pristino cultu.

VII. Generale Concilium fuit Nicænum II. anno Domini septingentesimo octuagesimo nono, Adriani Papæ I. 18. Constantini VII. Imperat. 9. fuit peractum mense Octobris 11. Indict. 350. Episcopis presentibus, & Legatis Roman. Pontif. præsidentibus, Petro Archiepiscopo, & Petro monacho presbytero. Coactum fuit contra Iconomachos hæreticos, hoc est, sacrarum imaginum oppugnatores. Omnium Episcoporum auctoritate antiquus Cruci, & sanctis imaginibus honos, & cultus est restitutus: condemnati, qui contra fenserant. Absoluto Concilio Episcopi omnes mente Novemb. Constantinopolim profecti, presentibus Imperatoribus Irene matre, & Constantino filio Acta Concilii recitarunt: quæ cum Imperatores proprio adhibito consensu subscriptione firmassent, eos benigne, & honorifice dimiserunt, suavis, cura, & auctoritate Adriani I. Pontificis, & ministerio Imperatricis Irene matris, & filii Constantini Septimi convocatum, & celebratum est: quod postea Adrianus Papa confirmavit, teste Ivone Episcopo lib. 4. capite 26. & 28. Fuerunt Iconomachi Philippicus, Leo III. Mauricus vulgò dictus, Conon, & Constantinus V. alias VI. cognomento Copronymus: omnes Imperatores Constantinopolitani: fuerunt etiam Iconomachi Constantinopolitani Patriarchæ, Joann. VI. Anastas. Constant. II. Nicetas. Auctores Balamon, Zonaras, Cedrenus, Siconius. In eo Concilio definitum est, Crucem non deberi cultum latræ, sed minorem. Et tamen s. Thomas 3. part. quæst. 25. docet crucem, & imaginem Christi colendam esse cultu latræ. Dicendum est, Concilium negasse cruci, & imagini cultum latræ, cum videlicet, qui tribuitur alicui propter ipsum: qui soli Deo deservit propter divinitatem ejus. Sanctus Thomas tribuit cruci, & imagini Christi latram, & eam, scilicet, quæ datur alicui propter aliud, non propter se, nimirum propter id, quod representatur in ipsa: quare coluntur latræ cultu alia præter Deum. Natura humana suscepta verbo divino, species panis, & vini consecratur in altari.

VIII. Generale Concilium fuit Constantinopolitanum VI. Sciendum est, anno salutis octingentesimo sexagesimo Constantinopoli ortam esse inter cives gravissimam seditionem: aliis Ignatium Patriarcham, aliis Photium tuncibus Michael eo nomine Tertius Porphyrogenitus Imperator Constantinopolitanus Legatos, & literas ad Pontificem Romanum Nicolaum Primum misit, quibus accusatum Ignatio petiit, ut Pontifex Legatos ad se suos destinaret: quorum opera seditio sedaretur. Addidere etiam Legati hæresim Iconomachorum recruduisse, & sanctas imagines passim in civitate deleri. Nicolaus itaque ut tantis Ecclesiæ vulneribus, malisque mederetur: Episcopos duos Rododalmum Portuensem, & Zachariam Anaginum legavit: datis in mandatis, ut causas, cur Ignatius esset sua sede dejectus, cognoscerent, & cum Photio tanquam cum laico H verarentur, ejusque reprobata electione, sacrarum imaginum cultum retinendum omnino curarent. Per eosdem Legatos postulavit, ut Calabriæ, & Siciliæ patrimonia Romanæ Ecclesiæ redderentur. Data extant literæ 7. Kalendas Octobris Indict. 9. his verbis: (Præterea Calabritanum patrimonium, & Siculum, quæque nostræ Ecclesiæ per suos familia regere studit, concessionibus reddantur: quoniam irrationabile est, ut Ecclesiastica possessio, unde luminaria, & concinnationes Ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quavis potestate subtrahatur: sed domui Dei restituta meritum reddituris multiplicent, & suscipiens votum spiritualis desiderii lucris exerceatur.) Legati Pontificis proximo anno Constantinopolim profecti, mandata ejus transgressi sunt. Nam qui Ignatii causam cognoscere tantummodo jussi fuerant, judicio suo interposito, Ignatium jure abdicatum, & Photium ritè substitutum dixerunt.